









Pr. 48. Monat. 32

16

86

Krottn, Ann. Enry  
TRACTATIO JVRIDICA

DE

# CONCURSU NOVERCÆ

CUM

## PRIVIGNIS.

P. 273

Wer unter beyden,  
die zwote Frau, ihres eingebrachten,  
oder aber die Kinder Erster Ehe, ihres  
Mütterlichen halben,  
nach den in Deutschland hieben üblichen Rechten,  
das Vorrecht habe ?

---

LUBECÆ,  
Sumtibus JONAE SCHMIDT.  
MDCCXLVII.



ALTAIC WRITING

36

URGURGO  
SAGITTORI

3115

26  
27

1993 1994 1995 1996

# LECTORI.

Quatuor paene lustra sunt , quum Tractatio  
haec die XIV. Maii A. MDCCXXVIII. Ba-  
silæ in Heluetiorum Vniversitate, habitu  
tituloque Dissertationis Inauguralis prodiit. Auctor  
eius est Dominus HERMANNVS GEORGIVS  
KROHN, iam *Reip. Lubecensis Syndicus & Con-*  
*sessus Sacri ibidem Praeses.* Quo magis distantia  
loci, vbi prelo primum subiecta fuit haec Tra-  
ctatio , eam in Germania hucusque fecit rario-  
rem, eo magis praeftantia & utilitas argumenti  
per praeципua Germaniae Jura in compendio hic  
exhibiti , bibliopolae suasit iteratam eius editio-  
nem, qua certe apud omnes , quibus Germanici  
Juris in foro conseruatio cordi est, gratiam mere-  
bit. Specimen enim in eo dedit AVCTOR per-  
quam eximium interpretationis doctrinalis *Statuti*  
*Lubecensis*, dum quaestionem *de praferentia no-*  
*vercae pree priuignis* in bonis defuncti aut ob-  
aerati illius mariti , horum parentis , eo casu , quo  
nulla plane liberis a patre facta est adsignatio  
bonorum (*Wenn kein Ausspruch geschehen*) ex  
mente & analogia domestici Juris , decidit. Quis  
enim Germanici Juris dexteritatisque & fidei  
amans non gratularetur patriae ex ista peregrini  
Juris in foro sua inuasione paulatim rursus emer-  
genti ?

X 2

Access-

Accesserunt Tractationi in fronte , maioris  
perspicuitatis gratia , paragraphorum argumenta.  
In calce autem auctum est opusculum sententia  
Judicij Inferioris Lubecensis, a. MDCXXVI. lata,  
ex qua , theoreticas AVCTORIS rationes re & vsu  
ipso obtinuisse, adparet. Certum enim est , hoc  
judicium sero saltem admisisse , quod Romani  
fuerit juris , & argumenti. Reformata quidem  
est ea sententia a Senatu tunc temporis iam  
romanizante , dum Consules duo tresque Syndici  
Doctores Juris Romani , & nomine tantum  
Lubecenses, erant. Sed quis analogiam usumque  
forensem negotii hujus Germanici ex Sententia  
unica , rationibus Juris Romani euidenter sus-  
fulta planeque erronea, peteret ? Ipse tunc tem-  
poris Referens, prout adjuncta docent, huic ju-  
rium confusione acriter jam contradixit. Re-  
formatoria ergo haec fuit Sententia Romana ,  
non Lubecensis. Scripsi Lubecae d. XIII. Jan.  
**A. MDCCXLVII.**

G. C. OVERBECK.

# Conspēctus Tractationis.

- §. 1. *Quisnam sit ille concursus, de quo hic agetur.*
- §. 2. *Discrimen vulgatum bonorum uxoris iure Romanorum.*
- §. 3. *Hic non agitur de repetitione sive vindicatione bonorum existantium.*
- §. 4. *Jure Romano dos materna priuignorum praefertur doli nouercae in bonis respectiue parentis & mariti.*
- §. 5. *Dubium, annon hoc casu priuilegiati veniant contra aequam priuilegiatam?*
- §. 6. *Solvitur ex ratione antiquioris hypothecae.*
- §. 7. *Paraphernalia matris defunctae priuignorum praferuntur parapernalibus nouercae.*
- §. 8. *Dos autem nouercae praefertur parapernalibus maternis priuignorum.*
- §. 9. *Dos nouercae potior est aduentitiis bonis priuignorum. Etiam cum parapernalibus nouerca iis praecedit, quando hypotheca gaudet antiquiore.*
- §. 10. *Receptitia nouercae inter chirographarios repetuntur.*
- §. 11. *Si quaestio est de dote, quam mater liberorum prioris matrimonii non patri eorum, sed ejus antecessori, in conjugio attulit, non praferuntur priuigni.*
- §. 12. *Priuilegium praelationis priuignorum transmitti potest ad heredes eorum decedentes quidem, non vero ad adscendentes aut collaterales.*
- §. 13. *Priuigni, casu dotis maternae repetendae iam existente, jus suum praelationis in quemcumque extraneum cedere possunt.*
- §. 14. *Jus tacitae hypothecae priuignorum, ratione dotis maternae, transmittitur ad quoscumque heredes.*

X 5

§. 15.

- §. 15. *Quoad bona paterna in bonis vitrii priuigni non praeferuntur nouercae, exceptis tamen casibus duobus.*
- §. 16. *Transitus ad Jura Saxonica.*
- §. 17. *Per Constitutiones antiquiores Elect. Augusti mulieribus competit priuilegium praelationis ratione dotis, ratione paraphernalium autem iisdem tacita tantum conceditur hypotheca.*
- §. 18. *Jure isto veteri Saxonico hoc praelationis ius praevaleat quidem tacitis, non autem expressis hypothecis anterioribus.*
- §. 19. *Jus vetus Saxoniae fere omnibus de iure Romano in sp̄his precedentibus traditis, adsentit.*
- §. 20. *Casus triplicis concursus 1.) liberorum prioris matrimonii, 2.) creditoris expressa hypotheca muniti, 3.) vxoris secundae debitoris obaerati, ex mente Gerb. Titii deciditur.*
- §. 21. *Jure Saxonico nouo omnis tacita hypotheca est sublata.*
- §. 22. *Requisita hypothecae expressae de iure nouo Saxonico.*
- §. 23. *Jus etiam praelationis omne tacitarum hypothecarum periu Constitutione Friderici Augusli.*
- §. 24. *Concurrentibus ita priuigno & nouerca, praeferuntur, qui priori hypotheca expressa sibi cauit, sed utrumque hac deficiente, vterque chirographariis admuneratur.*
- §. 25. *Transitus ad Jus Lubecense.*
- §. 26. *Principium I. Juris Lubec, Bonæ dotalia & paraphernalia confunduntur.*
- §. 27. *Quae tamen confusio pacto potest evitari.*
- §. 28. *Principium II. Etiam si pacto dos a paraphernalibus distincta, tamen quoad ius praelationis utraque bona Statuto coadunantur.*
- §. 29.

- §. 29. Princip. III. Hypotheca tacita Romana dotis  
causa competens non est sublata Jure Lubecano. Imo pa-  
raphernalibus additum est priuilegium praelationis eodem  
iure.
- §. 30. Princip. IV. Haec saltem obtinent, improle si fuerit  
matrimonium.
- §. 31. Quid, si ad tempus absente marito spes slobolis adhuc  
superfit?
- §. 32. Diuersitas Juris Romani ostenditur.
- §. 33. Princip. V. Bona receptitia sub dispositione Juris  
Romani relinquentur.
- §. 34. Principium VI. Diuersa obtinent quando certa libe-  
ris assignatio (Aussspruch) a patre & haec quidem vel  
coram senatu, vel priuatim facta est, & quando ta-  
lis adsignatio plane facta non est.
- §. 35. Quod si ergo nouerca improlis est, distinguendum est  
inter adsignationem solemnem, priuatam, &  
plane non factam.
- §. 36. Solemni adsignatione facta, priuignis competit  
preferentia prae nouerca.
- §. 37. Adsignatione facta priuata, nouerca cum dote  
preferuntur priuignis.
- §. 38. Adsignatione nulla facta, casus est controvensus.
- §. 39. Argumentum I. pro preferentia priuigno-  
rum: *Quia hic casus non est definitus in Statuto, obtinet  
Jus Romanum.*
- §. 40. Secundum Argumentum petitum a disparitate  
minus solemnis & plane non factae adsignationis.
- §. 41. Tertium argumentum secundo conseciarium.
- §. 42. Quartum ex art. 28. tit. 2. lib. 2. *Jur. Lubecensis.*
- §. 43. Qui pro priuignis stent Doctores?

§. 44.



- §. 44. Pro nouerca ratio prima: *Non ex Jure Romano, sed ex principiis Statutorum Lubecensium, haec controuersia debet indicari.*
- §. 45. Ratio altera: *Jus Lubecense in decidenda hac quaestione manifesto ad modum adsignationis respicit.*
- §. 46. Tertia: *Concluditur a maiori ad minus.*
- §. 47. Quarta: *Ex art. 12. tit. 1. lib. 3. Jur. Lubec.*
- §. 48. Quinta: *Ex regula Statuta esse strictae interpretationis, nec extendi de cajū expresso ad casum non expressum.*
- §. 49. Sexta: *Ex regula Doctorum, Statuta quoad literam intelligenda esse.*
- §. 50. Septima: *Quia Statutum tūm demum locum sortitur, quando qualitas requisita adest.*
- §. 51. Octaua: *Quia specialis mentio adsignationis solemnis facta in iure Lubecensi, quoad praeferentiam priuignorum prae nouerca, alias esset inutilis.*
- §. 52. Nona: *a contrario depromitur.*
- §. 53. Decima ratio *a deficientia rationis.*
- §. 54. Undecima: *Quia priuigni, adsignatione non facta, debita sui patris exsoluere debent.*
- §. 55. Hinc concluditur pro nouerca.
- §. 56. Respondeatur ad rationem obstantem primam.
- §. 57. Ad secundam.
- §. 58. Ad tertiam.
- §. 59. Ad quartam.
- §. 60. Respondeatur ad autoritatem Doctorum contrariam.
- §. 61. Tacita hypotheca cum jure praelationis competit liberis prioris matrimonii, etiam intuitu bonorum paternorum in bonis vitrii de jure Lubecensi, si solemnis eorum intuitu facta est adsignatio.

TRACTA-



# TRACTATIO JURIDICA DE CONCURSU NOVERCÆ CUM PRIVIGNIS.

## §. I.

**O**rto processu Cridae punctum præferentiae seu prælationis haud esse insimi subsellii, sed sæpius etiam per diversas instantias magno tam temporis, quam sumptuum dispendio protrahi, experientia testatur. Interpretatio & Legum civilium & Statutorum locum, omnibus haud eadem, dubio procul hanc inter alia gignit secundam litum segetem. Enim vero quilibet, prout sibi expedire cognoscit, huic illive opinioni ac interpretationi, cuius propugnatores in hoc ad dissentendum proclivi admotum saeculo unum vel plures facile invenit, firmiter inhæret, ac non nisi coactus cedit. Ex variis circa prioritatem altercationibus, quas recensere instituti nostri non permittit ratio, unicam saltem in foro abunde obviam præsenti disquisitioni subjecere constituimus. Eam scilicet, quæ inter privignos sive liberos prioris matrimonii, novercamque eorum in casu, quo Pater & respective maritus obæratus ad concursum vel pro voluntate volens, vel ad eum invitus trahitur, aut etiam concursu haud

A

quidem

quidem existente, tamen post mortem fugamve patris & respective mariti tantum haud invenitur, unde & uxori secundæ seu novercæ ratione dotis & illatorum & liberis prioris matrimonii seu privignis intuitu bonorum suæ matris satisfieri potest, sed alterutra pars vel toto, vel parte ad minimum carere tenetur. Quam materiam initio ex JURE CIVILI ROMANO, dein ex JURE SAXONICO, & denique ex JURE LUBECENSI, quæ tria jura apud Germanos celebratissima sunt, breviter enucleatam sistemus.

## §. 2.

Facto ergo initio à JURE ROMANO, omissaque explanatione Rubri Dissertationis nostræ, ceu non difficulter intelligibili, quo eo clarius pateat: An & quo casu Jus Civile Romanum liberis prioris matrimonii, seu privignis intuitu bonorum Matris suæ præ Noverca ratione dotis & illatorum concederit præferentiam tunc, quando utrique parti ex bonis mariti & respective Patris satisfieri non potest, prænotandum est, quod D. D. bona uxorum redigant ad Classem triplicem, scilicet quod sint vel Dotalia vel Paraphernalia vel Receptitia, ita tamen, ut hæc epitheta demum orientur ex contracto matrimonio, dum ante illud, quantasunque etiam mulier habeat divitias, hoc discrimine non gaudent (a).

## §. 3.

Porro sciendum est, nos non versari hic in eo casu, ubi vel res privignorum materna, vel res novercæ extent, nam hæc res extantes recte præcipiuntur, jure Dominii, quod omnia privile-

(a) SAM. STRYK, in dissert. de Jure mariti in bonis uxoris, c. I. n. 12.

privilegia antecedit(b), sed solum in casu eo, ubi ex bonis mater-  
nis privignorum, exque rebus Novercæ nihil supereft,  
sed quælibet pars fibi debita petit & habere cupit.

### §. 4.

His præmissis Dotalia quod attinet bona, dicta etiam  
res Uxoriæ (nam utut sint, qui bona uxoria & res uxorias pro  
synonymis habeant (c), tamen verius est, bona uxoria esse genus,  
at vero res uxorias esse speciem, ac res uxorias in jure nostro nul-  
lam aliam admittere significationem, quam ut denotent res dota-  
les(d), certum omnino est, quod liberi prioris matrimonii  
seu privigni, ratione dotis suæ matris, gaudeant præferentia præ  
Noverca ratione suæ dotis de Jure Romano (e) & (f).

### §. 5.

Evidem posset regeri, idem illud *privilegium prælationis*,  
quod Privignis competit ratione repetitionis dotis suæ matris,  
competere quoque *uxori secunda* intuitu dotis suæ repetendæ (g);  
privilegiatum vero contra æque privilegiatum non gaudere pri-  
vilegio (h), sed potius duos privilegiatos concurrentes mutuo

A 2

con-

(b) MOLLER. Lib. I. Semestr. c. 26. n. 3, BERLICH. P. I. Conclus.  
64. n. 1. 2. 3.

(c) HOTTONMANN. in tractatu de dote §. 4.

(d) Tor. tit. C. de Rei uxor. act. S. 29. J. de Action. Dn. BERGER  
in Diss. de Discrimine honorum Uxor. Th. I.

(e) L. 12. §. 1. ibi versic. Exceptis &c. C. quipot. in pignore &c.  
Novell. 91. c. I. L. 6. §. ult. C. de bon. quæ liberis.

(f) SCHNEIDEWIN. §. Fuerat. 29. J. de Action. n. 33. RICHTER  
de Privilegiis Creditor. c. 3. n. 153.

(g) L. 12. §. 1. C. qui pot. in pign. habent.

(h) arg. L. 8. in pr. ff. de Excus. Tutor.

concursu se impedire, privilegiaque sic confundi, & pro privilegiatis ad invicem eos non haberi (i).

### §. 6.

Sed hæc ut ut se omnino ita habeant, thesin tamen nostram supra §. 4. traditam non infringunt. Etenim præter citatum *privilegium prælationis privignis* quoad *dotem maternam*, nec non quoad *reliqua bona materna*, in bonis patris tacita etiam competit *hypotheca* (k), ita ut quoad *reliqua bona materna* incipiat statim *privignorum hypotheca* ex tempore suscipienda administrationis (l), vel juxta alios à tempore susceptæ administrationis (m), vel denique, quod certius, à tempore mortis matris (n), imo & ea tacita *hypotheca*, quæ *uxori primæ*, ceu *privignorum matri*, ratione *dotis* repetendæ competit in bonis mariti (o), utique transivit ad *liberos illius*, ceu *jus reale*, quemvis hæredem, imo & cessionarium sequens (p); & ut ut etiam secundæ *uxori* seu *novercæ* ratione suæ *dotis* competat *tacita hypotheca* in bonis mariti (q), nil minus tamen, sive initium hujus *hypothecæ* sumas à die contracti matrimonii cum quibusdam (r), sive à tempore nuptiarum & benedictionis facerdotalis cum aliis (s), id certum manet,

(i) L. 11. §. fin. ff. de *Minor*. à SANDE Dec. Fris. libr. I. tit. I. Def. 2.

(k) L. 6. §. fin. C. de *bon. quæ liber.*

(l) d. L. 6. §. fin. LAUTERBACH. Comp. ff. tit. in quib. caus. pign. tac. p. m. 405.

(m) CARPOV. P. 2. C. 24. def. 17. n. 3.

(n) SAM. STRYCK. in not. ad Comp. ff. LAUTERBACH. cit. tit.

(o) L. unic. §. I. C. de *rei uxori. action.* §. 29. J. de *Action.*

(p) NEGUSANT. de *pignor.* p. 2. m. 4. n. 30. seqq. MEVIUS ad *jus Lubec.* L. 3. t. I. a. 9. n. 16.

(q) d. L. unic. §. I. C. de *rei uxori. act.* §. 29. J. de *action.*

(r) LAUTERBACH. Comp. ff. d. tit. p. m. 406.

(s) GAILIUS 2. o. 86. n. 3. CARPOV. d. I. def. I. n. 4.

manet, quod liberorum *prioris* matrimonii tacita *hypotheca*, sive de ea, quæ ex persona matris ad eos transivit, sive de ea, quæ ipsis proprio jure competit, quæras, antiquior *hypotheca* novercæ, & sic illius *hypotheca* præferenda sit, dum juris est, quod in casu, ubi pluribus competit *hypotheca* eodem quidem modo, sed diverso tempore, tum priori etiam unico momento (t) sit potior (u), & quod hoc axioma procedat in omni genere pignorum (w). Concluditur ergo Liberos prioris matrimonii, hic privignos *intuitu dotis maternaæ*, omnino *doti novercæ*, si non jure prælationis, attamen *jure antiquioris hypotheca* præferri.

## §. 7.

Eadem, quæ de *dote* scripta sunt, suo modo recte applicantur Bonis Paraphernalibus. Nam licet nec uxoribus ratione harum rerum de *Jure Romano* ullum competat *prælationis privilegium* (x), & consequenter nec earum liberi isto gaudere valeant, nil minus tamen uxores earum rerum intuitu eo jure *tacita hypotheca* in mariti bonis munitæ sunt (y), quæ ad earum liberos transit (z), cum vero *tacita hypotheca* vim acceperit à tempore illationis (†), at vero indubium fit, *uxoris primæ paraphernalia* esse illata prius, quam *paraphernalia secundæ uxoris*, hic novercæ, hinc patet *ex temporis prioritate* etiam hic præponi liberos prioris matrimonii seu privignos cum *paraphernalibus bonis suæ matris*, Novercæ ratione *fuorum paraphernalium*.

A 3

§. 8.

(t) GAILIUS 2. *Observ.* 25. n. 3.(u) L. 2.&7. C. qui potior, in *pign. CARPZOV. P. I. C. 28. defini.* II. n. 3.(w) LAUTERBACH. Comp. ff. t. qui pot. in *pign. p. m. 408.*  
CARPZOV. d. d. 110. n. 3.(x) CARPZOV. P. I. C. 28. d. 86. n. 1. 2. 3. GAIL. 2. *Obs.* 92.  
n. 10. MEVIUS ad *Jus Lubec.* L. 3. t. f. a. 9. n. 36.

(y) CARPZOV. d. l. n. 3. MEVIUS. d. l. GAIL. d. l.

(z) vid. §. *præced.* 6.

(†) MEVIUS d. n. 36.

## §. 8.

Id lubenter concedimus, præferri Novercam dotem repetentem privignis repetentibus bona paraphernalia matris suæ. Ratio aperta hæc est, quia, uti monuimus §. præcedenti, nec ipsi privignorum matri ratione paraphernalium in bonis mariti competit *prælationis privilegium*, sed solum tacita hypotheca fine ullo privilegio. Hac ergo sua matre liberi non possunt esse melioris conditionis (a), maxime dum illis nullibi in jure ratione horum bonorum *prælationis privilegio* prospectum est (b), Contenti ergo & hi debent esse hypotheca tacita ratione horum bonorum, & sic uxor secunda, hic noverca, *privilegio prælationis* simul gaudens eosdem cum dote omnino præcedit (c). Hoc suo modo recte ampliatur quoad ea bona, quæ liberis prioribus ultra veram *dotis maternæ estimationem* loco ejus à Patre forte sunt *promissa*, cum *jus prælationis liberorum priorum* saltem in dote patri vere illata valeat & in alterius præjudicium ad alia *promissa* non possit extendi (d).

## §. 9.

Idem dicendum videtur quoad *reliqua adventitia bona* privignorum, quæ scilicet à Parentibus ex linea materna quoconque titulo, sive hæreditario, sive legati, sive donationis &c. ad istos devenerunt. Dum enim Pater horum bonorum & usum fructum (e), & liberam ac plenissimam administrationem (f) habet,

(a) CARPZOV. P. 1. C. 28. d. 97. n. 5.

(b) MEVIUS ad *jus Lub.* L. 2. t. 2. a. 31. n. 13.

(c) L. 7. C. qui potior. in *pign. Novell.* 97. c. 3. LAUTERBACH. Comp. ff. tit. de *priv. cred.* p. m. 586.

(d) RICHTER de *priv. cred.* c. 3. l. 1. n. 156.

(e) §. 1. l. per *quas pers. cuique acquir.* L. 6. C. de *bon.* quæ *liber.*

(f) L. 1. C. de *bon. matern.* L. 6. §. 2. C. de *bon.* quæ *liber.*

habet, liberis vicissim ratione horum bonorum in bonis Patris tacita competit *hypotheca* (g), non vero item *privilegium prælationis*, unde sequitur, quod Novercā cum dote illis omnino præferatur, cum *paraphernalibus* vero non item indistincte, sed solummodo eo in casu, ubi Novercæ *hypotheca antiquior* est illa *pri-vignorum*.

## §. 10.

Receptitia uxorum bona, *Spiel* sive mavis *Spill*. Gelder dicta, quod attinet, eorum consideratio hoc non spectare videtur. Cum enim illorum & proprietatem & usum fructum & administrationem sibi *uxor* reservaverit (h), illaque extra domum mariti velut separata sibi habeat & possideat (i), plane diversitatis appetet ratio. Evidem si ex his bonis forte quædam ad maritum devenerint, & *extantia* reperiantur, tum certum est, *uxores* earumque *liberos* eadem ex jure Dominii vindicare posse (k), at vero æque expeditum non est, an ratione amplius non extantium uxori & liberis TACITA competit HYPOTHECA in bonis mariti? Quod uti in genere negamus, ita non facimus cum Richtero (l) statuenti, quod *uxori*, quæ ex *receptitia sua pecunia* certam quantitatē marito mutuo dedit, respectu hujus mutui in bonis mariti tacita competit *hypotheca*, sed potius autumamus, *uxorem* ratione hujus mutui, prout sub vel

(g) L. 6. §. fin. C. de *bon. quæ liber.*

(h) de BERGER in cit. diss. de *discrim. bon. uxor.* th. 32. LUDER, MENCKEN. in diss. de *rebus extantibus uxorum à concursu creditorum separandis* th. 35.

(i) COTHMAN. vol. 1. cons. 47. n. 102. & vol. 2. cons. 94. n. 1. MEVIUS ad *jus Lubec.* L. 1. t. 5. n. 3.

(k) BRUNNEMANN. de *conc. cred.* c. 5. §. 33. MENCKEN. cit. dissert. th. 35.

(l) In Tractat. de *Privil. cred.* c. 3. f. 1. n. III.

vel sine usuris est, ad *Classen* vel *chirographariorum* (m), vel *personaliter privilegiatorum* referendam esse (n). Nec quoque consentimus illis, qui volunt quod in casu, ubi administrationem *uxoris bonorum receptitiorum* fibi haud commissam, nil minus maritus ad se traxit, tum *uxori ratione debiti ejus ex administracione tacita in bonis mariti competat hypotheca* (o), sed potius cum aliis verius esse putamus, *uxorem* hoc in casu ad *Classem chirographariorum* esse referendam (p), ex ratione, quod *hypothecatacita non nisi à Lege scripta vel non scripta, consuetudine scilicet, originem trahat* (q), ultra casus legis scriptæ vel non scriptæ extendenda minime veniat (r), nec à paritate rationis desumptum (s), alias validum, argumentum quoad *hypothecas tacitas procedat*, cum eadem non oriantur ex æquitate, sed ex legis adſentia, quæ omnino probanda est (t). Ne dicam & æquitatem hic adesse cerebrinam, cum *uxor* non sine culpa sit, quæ patitur, maritum *res suas receptitias administrare*, sed potius consentire videatur, volenti vero non fiat injuria. Imo licet *uxori- bus*

(m) BERGER. d. diss. d. I. MARTIN. ad *O. Sax.* tit. 43. §. 2. n. 35. MEVIUS p. 3. d. 125. n. 9. & p. 6. d. 246. item ad *J. Lubec.* l. 3. t. 1. a. 9. n. 44. MENCKEN. d. diss. th. 35. in fin. BRUNNEMANN. d. tract. c. 5. §. 66. ibique STRYCK. c. 5. §. 33. ad verba: *obliget Gc.*

(n) BERGER. d. diss. th. 30. 39.

(o) BRUNNEMANN d. tract. c. 5. §. 33. & ibi STRYCK. nec non in diss. de *jure uxoris in bona mariti* c. 2. n. 77.

(p) CARPOVIUS p. 2. c. 24. def. 4. ibique citatus HARTM. PISTOR. O. 110. n. 2.

(q) L. 1. in med. C. *Commun. de Legat.* STRYCK. in *V. M.* ff. tit. *quib. mod. pign tac. Gc.* §. 4. 5. TORNOV. de *Feudis Mecklenb.* part. 1. p. m. 454.

(r) L. 6. in fin. C. *de bon. quæ liber.* MARTIN. ad *O. Sax.* tit. 45. §. 1. n. 5. ibique cit. D. D.

(s) EVERHARD. in *loc. argum. legal.* loco a *simili.* p. m. 121.

(t) MARTIN. d. tract. tit. 43. §. 7. n. 13.

bus & earum liberis, hic privignis, ratione bonorum receptitiorum tacita competeteret hypotheca, tamen haec omnino cederet juri prælationis, quod uxori secundæ, seu Novercæ, ratione dotis datum est.

## §. II.

Præferentia liberorum prioris matrimonii, seu privignorum, ratione dotis suæ matris, præ Noverca, respectu suæ dotis, certa est, quoad liberos natos ex eodem matrimonio, e.g. si *Titius* cum *Caja* iniit matrimonium, loco dotis 1000. Thaleros accepit, & postea ex eo conjugio *Sempronius* & *Mevius* nati sunt, tum *Caja* mortua, *Titio* vero ad secundas nuptias cum *Anna*, itidem 1000. Thaleros dotis loco ipsi afferente, pro voluto, sed postea concursum excitante, *Sempronius* & *Mevius*, *uxoris primæ Cajæ liberi*, hic privigni, cum dote matris suæ omnino præcedunt uxori secundæ, hic Novercæ, *Anna*, ratione suæ dotis (u). At vero an & liberis alterius matrimonii, eodem modo competit ea præferentia? adeo expeditum non est. Non desunt quidem affirmantes(x): verum negativam, quam alii propugnant(y), veriorem judicamus, & consequenter statuimus, quod in eo casu, ubi *Titius* cum *Caja* matrimonium iniit, 1000. Thaleros loco dotis cum ea accepit, & *Titius* sine prole mortuus est, *Caja* vero

B

- (u) L. 12. §. I. versic. Exceptis C. qui pot. in pign. NEGUSANTIUS de pignor. p. 2. m. 4. n. 95. MEVIUS ad J. Lubec. l. 3. t. I. a. 9. n. 7. LAUTERBACH. Comp. ff. tit. de privil. cred. p. m. 586.
- (x) Gloss. in l. etiam ff. solut. matrim. quam glossam secuti sunt ARET. DYN. & CYN. nec non SALICET. in l. I. C. de privil. dot. & in l. asfudius §. exceptis referente NEGUSANTIO d. l. n. 95.
- (y) NEGUSANTIUS d. n. 95. MEVIUS d. I. BERLICH. p. I. concl. 65. n. 92. STRYCK. ad BRUNNEMANN. de cursu credit. c. 5. §. 35.

vero iterum nupsit *Sixto*, eique peperit filios, *Sempronium & Mevium*, postea mortua est *Caja*, *Sixtus* vero secundas nuptias contraxit cum *Anna*, ac denique concursum excitavit, *Caja* liberis, *Sempronius & Mevius*, ratione *dotis maternæ*, quam primo marito *Tatio* attulerat, non gaudeant præferentia præ *dote* Novercæ *Annae*, quam marito *Sixto* attulit, ut ut tamen hic dubius sit CHEMNITIUS (z).

## §. 12.

An mortuis liberis prioris matrimonii, hic PRIVIGNIS, ad eorum hæredes transmittatur privilegium prælationis? quæritur. Respondetur, quoad hæredes descendentes, utique affirmative (a), quoad ascendentibus & collaterales vero, negative (b). Ratio prioris consistit in eo, quod, ut ut *privilegium prælationis*, uxori & ejus filiis ratione *dotis* repetendæ conceatum, personalissimum sit ex constitutione Justinianæ (c), personalia vero privilegia non transeant in hæredes (d), ex quibus juris principiis contra hanc nostram affirmatiyam insurgit ANTON. FABER (e), tamen omnes descendentes, sicut communiter in jure, ita & hic sub nomine filiorum comprehendantur (f), ut inde superfluum putemus,

(z) In *Dissert. de Privilegiis Creditorum*. §. 159.

(a) L. 12. §. Except. C. qui pot. in pign. CARPZOV. p. I. const. 28. d. 96. & 98. n. 2. NEUGUSANTUS d. I. n. 94.

(b) MEVIUS ad *jus Lubec.* l. 3. t. I. a. 9. n. 8. CARPZOV. d. I. D. 95. & 98. n. 3.

(c) in l. 12. C. qui pot. in pign. CARPZOV. d. I. d. 95. n. 1.

(d) L. 196. ff. de R. I. L. 12. 13. ff. fol. matr.

(e) L. 8. conject. 13.

(f) L. 12. §. Exceptis C. qui pot. in pign. SCHNEIDEWIN. ad §. fuerat 29. Inst. de Action. n. 68. BEUTHER. de jure prælat. p. I. C. 35. §. ferners &c.

temus, cum logomachiam sapere videatur, pro stabilienda nostra sententia, per se satis evidenti, cum aliis adjicere, hanc præferentiam *privignorum* *descendentibus*, non tam *jure hæreditario* (g), quam potius *jure sanguinis*, *filiationis*, & *connexitatis* ex persona ascendentis, cui arctissime juncti sint, competere (h). cum hæc non satis adæquate dicantur, quin potius specialis Imperatoris provisio hic totum absolvat. Ratio vero *posterioris* hæc est, quod hi *ascendentes* & *collaterales* liberorum non possint sub nomine *filiorum*, quibus solummodo Imperator favet, comprehendendi, sed potius habeantur, & sint extranei hæredes illorum (i), at vero sicuti nec *uxor ipsa* in extraneos hæredes *jus prælationis* transmittit (k), ita & *eius liberi* pariter hoc *jus* non transmittant in eos, cum non amplius liberis, quam matri, cuius filius intuitu liberi eo *jure* gaudent, hac in parte indultum esse queat (l). Unde reætissime ampliatur, quod, si ex liberis prioris matrimonii unus vel alter forsan moriatur, alterique pars defuncti fratri, aut ascendentibus *jure successionis* accrescat, quoad illam partem Noverca *privilegio prælationis* *privignorum* non submoveatur (m). Id satis certum, *privignos* seu *liberos prioris matrimonii*, eorumque *descendentes*, præferri *liberis* Novercæ forsan prædefunctæ, cum temporis prioritas, quæ Novercam submovet, contra *eius liberos* quoque valere debeat (n). Denique id probe observandum, omnia, quæ de negata transmissione

B 2

in

(g) per Nov. 91. princ. CARPZOV. d. I. d. 96. n. 9. MEVIUS d. I. n. 7. LAUTERBACH. Comp. ff. tit. de *privit. cred.* p. m. 586.

(h) MEVIUS d. n. 7. CARPZOV. d. D. 96. n. 9. HOPPIUS ad §. 29. Inst. de *Action.*

(i) MEVIUS d. I. n. 6. & 8. CARPZOV. d. def. 95. n. 2. & def. 98.

(k) MEVIUS d. I. n. 8. CARPZOV. d. def. 95.

(l) MEVIUS d. n. 8. CARPZOV. d. def. 98. n. 4.

(m) CARPZOV. P. I. c. 28 def. 98. n. 6. 7. 8.

(n) BEUTHER. d. I. p. I. c. 38. pr.

in extraneos à nobis dicta §. hoc sunt, pertinere ad casum, si liberi, antequam tempus repetendæ dotis existat, moriantur: si enim postea decedant, indubium, illos hoc jus ad quoscunque hæredes transmittere, cum ipsis jam erat jus quæsิตum & in persona eorum radicatum, imo plenarie in & ex bonis illorum, quæ transfeunt utique. Conf. §. seqq.

### §. 13.

Sed quid, si in hos ascendentes, aut in collaterales, aut forsan etiam in aliud extraneum cessio Prælationis hujus juris facta sit, dicendum? Variæ hic oriuntur opiniones. Alii (o) cessionem hujus juris plane fieri posse negant, ex ratione, quia putant, non transmissibilia in hæredem nec esse cessibilia (p), imo licet hanc thesin LAUTERBACHIUS (q) ipse non admittat, tamen idem ille strenue propugnat, hanc cessionem de jure non subfistere, quia sit *jus personale*, & *privilegium*, quod cedi nequeat (r). Alii, licet ea ipsa vestigia sequantur, limitant tamen in casu, 1) ubi à liberis ad suam utilitatem, cesso hujus juris facta sit, cum sic non alius, sed liberi per aliud eo jure fruantur, ita ut non favor cessionarii, sed liberorum queratur (s), 2) in casu, quando liberi cedentes vivunt adhuc eo tempore, quo casus repetendæ dotis contingit, cum sic jus illud semel radicatum in persona illorum ad cessionarium transeat (t) in

(o) per §. 29. J. de *Action*. BRUNNEMANN. de conc. cred. c. 5.

§. 35. in fin. CARPOV. d. l. def. 95. n. 6. MEVIUS d. l. n. 11. seqq. HOPPIUS ad d. §. 29. J. de *Action*.

(p) per l. 42. ff. de *Adm. & peric. tutor*. CARPOV. d. def. 95. n. 6. MEVIUS d. l. n. 10.

(q) Compend. ff. tit. de *hæredit. & Action. vendit.* p. m. 328.

(r) LAUTERBACH. d. l. p. m. 333.

(s) MEVIUS d. l. n. 15.

(t) MEVIUS d. l. n. 13. Dissentit LAUTERBACH. d. l. p. m. 333.

3) in casu, ubi cessionarius ex persona cedentis directa actione experitur, dum sic perinde est, an liberi ipsi agant per se, an vero, alium suo jure uti, velint (u). Alii denique inveniuntur, qui cerebrinam hanc prohibitionem reputant (x), cum infelix sit illatio à negata transmissione ad hæredes ad negationem cessionis (y), nullibi que sit prohibita. Nos, omnes has altercationes bene distinguendo evitari posse, censemus. Distinguimus enim inter *jus prælationis abhuc quærendum*, & inter *jus prælationis jam quæsitus*. Quærendum adhuc est, antequam casus repetendæ dotis existit, hoc existente jus quæsitus adest. Unde si liberi vellent hoc jus quærendum cedere alicui, sc. ante casum dotis repetendæ existentem, cessio esset nulla, cum cederent aliquid, quod ipsi nondum haberent, dum incertum adhuc sit, an tempore repetendæ dotis victuri sint. At vero si vivant tempore repetendæ dotis, quæsitus est ipsis jus, hoc cedere possunt, imo si postea moriantur, transmittunt & ad hæredes. Conciliari ita possunt tres opinione allatae. Primi sine dubio loquuntur de jure quærendo; Ultimi de jure jam quæsito. Quod ad illos attinet, qui limitant, nec ii nobis sunt contrarii. Error enim illorum solum modo in eo latet, quod in limitatione secunda exceptionis loco afferunt id, quod thesin absolvere nos putavimus. Prima illorum limitatio inutilis hic est, cum cessio semper utilitatem tam cedentis quam cessionarii præsupponat. Tertia denique secundum dicta nostra supervacanea videtur & pertinet ad reliquias bellariorum Romanorum (z).

## B 3

## §. 14.

(u) MEVIUS d. l. n. 14. contra iterum LAUTERBACH. d. l.

(x) RICHTER. de *Privil. Cred.* c. 3. f. 1. n. 87. seqq. TITIUS in observ. ad LAUTERBACH, tit. de hæred. & Action. vend.

(y) TITIUS dict. observ.

(z) Conf. hic omnino TITIUS c. l. & LUDOVICI in distinct. 4. ad tit. de hæred. & Act. vend.

## §. 14.

Et hæc de jure prælationis. *Hypotheca vero tacita, quæ & uxori & liberis ejus, hic privignis, competiit, transmittitur sine dubio ad quoscunque hæredes. Est enim jus reale (a), in quemvis hæredem, etiam extraneum transiens (b), imo, quin & in cesso- narium transeat, ne quidem dubitatur (c).*

## §. 15.

Unicum adhuc ex jure Romano occasione hæc tenus scriptorum disquirendum restat, id scilicet, An liberi prioris matrimonii etiam quoad bona paterna præferantur novercæ, seu vitrici secundæ uxori, ratione dotis & paraphernalium, in concursu à vitrico moto? Pro affirmativa quidem facere videntur ea, quæ hæc tenus de *bonis maternis* scripta sunt, & quod, ubi paritas rationis adest, ibi & eadem dispositio obtinere debeat. Verum cum paritas rationis, etiam si hic adest, quoad *hypothecas tacitas*, quæ specialem legis dispositionem requirunt (d), & ultra casus in lege expressos non sunt extendendæ (e), non sufficiat, uti antea jam notavimus (f), rectius respondemus, negando, atque id ideo, quia de

- (a) STRYCK. ad BRUNNEMANN. *de concurs. credit.* c. 5. §. 35. MEVIUS ad *Jus Lubec.* l. 3. t. 1. a. 9. n. 16. CARPZOV. p. 1. C. 28. d. 99. n. 4.
- (b) NEGUSANTIUS de *pignor.* p. 2. m. 4. n. 30. 31. MEVIUS & CARPZOV. d. d. l. l. STRYCK. ad BRUNN. d. l.
- (c) NEGUSANTIUS d. l. n. 32. seqq. MEVIUS & CARPZOV. d. d. l. l.
- (d) L. 1. in medio C. *commun. de legat.* LAUTERBACH. Comp. ff. tit. in quib. causis pign. p. m. 405.
- (e) L. 6. in fin. C. *de bon. quæ liber.* LAUTERBACH. d. l.
- (f) scil. §. 10.

de jure Romano liberis prioris matrimonii, in bonis vitri*c*i nulla competit tacita hypotheca, nullum privilegium prælationis, imo nullum plane jus regulariter (g). A qua tamen thesi duo sunt excipiendi casus, scilicet 1) quando vitricus matrem duxit in uxorem, quæ tutrix liberorum est, nec curavit, a matre alias tutores liberis peti (h), & 2) quando vitricus pro tutore vel curatore liberorum prioris matrimonii se gessit (i), ut scilicet in casu priori, liberi prioris matrimonii ratione paternorum Novercæ, quatenus nuda hypotheca tacita gaudet, omnino ex anteriori hypotheca tacita præferantur, quatenus vero simul privilegio prælationis munita est Noverca, illi postponantur: In casu vero posteriori liberi prioris matrimonii Novercæ indistincte præferantur. Ratio prioris ea est, quod vitricus hic omnis culpæ expers haud videatur, dum viduam liberis ex gestione tutelæ obligatam in uxorem duxit, quod plerumque in præjudicium liberorum tendit (k). Posterioris vero ratio ea est, quod liberis in bonis vitri*c*i tutoris vel protutoris non solum tacita hypotheca, sed & jus prælationis omnino competat (l), tametsi quidam hoc ultimum liberis prioris matrimonii

n*ii*

(g) MODEST. PISTORIUS p. 1. q. 4. CARPZOV. p. I. c. 28. d. 101. n. 3. seqq. MEVIUS ad *jus Lubec.* l. 2. t. 2. a. 31. n. 7. 8.

(h) L. 6. C. in *quibus causis pign.* ibique PÉRETZ. n. 9. BERLICHUS p. 1. C. 67. n. 82. LAUTERBACH. Comp. ff. d. tit. p. m. 405. STRYCK. in *dissert. de jure Avorum.* c. 2. n. 174.

(i) HUBERUS ad ff. tit. in *quibus causis pignus* n. 3, in fin. SANDE l. 3. t. 12. def. 2. CARPZOV. p. I. c. 28. d. 101. n. 6. FABER. in C. l. 8. t. 7. d. 2.

(k) STRYCK. in d. *dissert.* d. 1.

(l) BRUNNEMANN. ad l. 17. C. de *administr. tutor.* MEVIUS ad *jus Lubec.* l. 3. t. 1. a. 12. n. 32-35. & in *discuss. Lazarin.* in op. *debitor.* c. 3. n. 175. & p. 8. d. 393.

nii disputent (m). Id sine dubio est, quod liberi prioris matrimonii ea, quæ apud vitricum ex bonis suis paternis extant, Jure Dominii vindicare queant, & sic ratione eorum ante omnia privilegia sint (n).

## §. 16.

Misso Jure Romano convertimus nos ad JUS SAXONICUM, ubi prænotandum est, esse hoc jus vel illud, quod antehac *Elector Saxoniae AUGUSTUS* per constitutiones introduxit, vel esse illud, quod *Elector Saxoniae & simul Poloniarum Rex FRIDERICUS AUGUSTUS* An. 1724 per *Ordinationem Processus Saxonici noviorem*, durch die verbesserte und erläuterte Proceß-Ordnung constituit, atque hoc ultimum à priori, perinde ut in aliis, ita & quoad præsentem materiam, nimium quantum discrepare, ut sequentia docebunt,

## §. 17.

*Jure Saxonico Constitutionibus Electoris AUGUSTI* introducto mulieribus præter tacitam hypothecam, etiam *privilegium prælationis* ratione ihres eingebrachten Gutes competere indubium est (o). Id saltem multum disputatur, an verba eingebrachtes Gut denotent solummodo dotalia bona, an vero & paraphernalia sub se comprehendant. Sunt qui verba eingebrachtes Gut, & ad paraphernalia extendunt hoc effectu, ut & quoad ea uxori competat

(m) STRUVIUS Exerc. ff. 44. th. 49. n. 4. CARPZOV. p. I. c. 28. d. 114. & l. 4. resp. 33. n. 20.

(n) MEVIUS ad *jus Lub.* l. 2. t. 2. a. 31. n. 6. & 45. CARPZOV. p. I. c. 28. d. 14.

(o) *Elect. Saxon. AUGUST. constit.* 28. p. I. CARPZOV. p. I. c. 28. d. 63. n. I.

petat *privilegium prælationis* (p). Sicuti & ita in *Saxonia* practicari statuit COLERUS (q), cum hæc res non ex *rationibus Romanis* æstimanda, sed juxta *principia Juris Saxonici* consideranda sit, ita ut, dum *Jure Saxonico* marito & de *paraphernis* uxorum competit ususfructus, huic consequens sit judice acutissimo TITIO, ut *parapherna* quoque cum *dotalibus* pari passu ratione *Juris prælationis* ambulent (r). At vero alii è contrario soli *doti* hoc *jus prælationis* de *Jure Saxonico* tribuunt, *paraphernis* vero id denegant (s). Quam ultimam sententiam veriorem judicamus, unum textum *Juris Saxonici* ex altero explicamus (t), COLERO

C

alios

- (p) WESENBECHIUS in addit. ad SCHNEIDEWIN. ad §. fin. *J. de Donat.* n. 6. lit. E. COLER. p. I. d. 57. n. 3. & 4. B. TITIUS in observat. ad LAUTERB. Comp. ff. tit. *de privil. credit.* moti verbis *Const. Elect.* AUGUST. p. I. c. 28. ibi: Und nach diesem soll des Schuldners Eheweib mit ihrem eingebrochenen Gut rc. quæ verba non minus recte de paraphernis quam de dotalibus dici ac prædicari volunt.
- (q) d. p. I. d. 57.
- (r) TITIUS ad LAUTERBACH. c. I.
- (s) CARPZOV. p. I. c. 28. d. 86. BERLICH. p. I. c. 65. MOLLER. ad d. const. 28. n. 37. & ibi in add. REINHARD. ROSA. PENSOLD. in add. ad COLERUM p. 2. d. 270. n. 16. RAUCHBAHR. p. I. qu. 34. n. 43.
- (t) Vid. *Constitutionem Saxon.* disertam in *Ord. Process. Jud.* t. 43. ubi: Was aber die Eheweiber ihren Männern über das Ehe-Geld zubringen, wann es verwendet und nicht mehr vorhanden ist, haben sie allein ein stillschweigend Unterpfand, aber kein jus prælationis, darum werden sie allein der Zeit-Ordnung nach vergnüget. Quid clarius?

alios DDres Saxonicos de praxi nostræ sententiæ testantes (u) opponimus, aut dissentientium sententia, forte de bonis uxorum paraphernalibus adhuc extantibus intelligenda est (x). Nec denique deest, quod B. TITIO respondeamus. Male enim ab adæquatione bonorum *dotalium & paraphernalium* ratione usus fructus marito competentis in *Saxonia* infertur ad adæquationem horum bonorum intuitu *privilegii prælationis*. Diversa enim hæc sunt, à diversis vero male infertur ad unum (y). Præterea *jus prælationis* est *privilegium*, quod ultra legem scriptam vel non scriptam non est extendendum (z), quin potius *lex scripta Saxonica* dissentientibus plane repugnat (a). Interim non negamus, quod jure hoc antiquiori *Saxonico parapherna uxorum* gaudeant *jure tacita hypothecæ* (b).

## §. 18.

Id vero singulare est de *jure Saxonico veteri, uxores*, licet, uti dictum, gaudeant, *jure prælationis* intuitu *dotis*, tamen non indistincte, uti apud *Romanos* moris erat, præferri hypothecis anterioribus. Distinguit enim *jus Saxonicum* inter anteriores hypothecas tacitas & expressas. Contra illas *jus prælationis* uxori salvum manet, contra expressas non item, sed illis uxor postpo-

- (u) REINHARD. à ROSA in addit. ad MOLLER. ad. d. c. 28. n. 37. 38. CARPZOV. d. defn. 86, ubi *præjudicia*, RICHTER. de *Privil. Credit.* c. 3. f. 1. n. 105.
- (x) BERLICH. c. l. n. 66.
- (y) BARBOS. in *thesaur. loc. comm.* l. 4. c. 44, axiom. 1. & 4. & l. 17. c. 22. axiom. 1. & 2.
- (z) Conf. §. 10. nostr. dissert.
- (a) Vid. cit. ord. proc. *Judiciar.* t. 43. in verb. *Was aber re:*
- (b) Per. cit. text. ord. proc. *jud.* t. 43. CARPZOV. p. I, c. 28. d. 86. n. 3.

postponitur (c), ita ut in hoc passu inter Saxones & Romanos magna sit differentia. Quamquam enim non desunt (d), qui putant, etiam de *Jure Romano* extra forum *Saxonum uxori* dotem repetenti anteriores hypothecarios expressos præferri, eamque opinionem ceu æquiore multis defendit MOLLER. (e), imo *Cameram Imperialem* suo tempore nunquam ab hac opinione recessisse, testatur GAILIUS (f), tamen contrariam sententiam veriorem esse, nec *jus Romanum* hoc casu ullam differentiam inter expressos & tacitos hypothecarios statuere, putamus cum aliis (g), cui sententiae se quoque conformant mores *Pomeraniae* (h), *Marchie Brandenburgicae* (i), *Civitatis Lubecensis*, (k) *Ducatus Mecklenburgici*

C 2

- (c) *Ele<sup>a</sup>. AUG. Constit.* p. I. c. 28. ibi: Nach diesem soll des Schuldners Cheweib mit ihrem eingebrachten Gut allen andern Gläubigern, NB. So nicht ältere aussdrückliche Verpfändung haben, vorgezogen werden. *Conf. Sächsische Proceß-Ordnung* t. 43. pr. CARPZOV. p. I. c. 28. d. 64.
- (d) *Vid. BERLICHIMUM* p. I. c. 65. & CARPZOV. p. I. c. 28. d. 65. & quos ibi pro se adduxere D. D.
- (e) *Ad. dictam Constit.* 28. n. 33.
- (f) 2. Obs. 25. n. 10.
- (g) MEV. ad J. L. I. I. t. 5. n. 67. & ad a. 9. t. I. l. 3. n. 51. item P. 3. d. 13. & 326. p. 5. d. 260. HOPP. ad §. 29. J. de A<sup>c</sup>t. ECKHOLD. ad tit. ff. de privil. cred. §. 6. BRUNNEMANN. de concr. cred. c. 5. §. 27. GIESEBERT. peric. 2. harmon. præc<sup>a</sup>t. art. 34. n. 568.
- (h) MEVIUS p. 3. d. 13. HENR. RHANE in *dissert. de dote th. 63.* ubi citatur *constitutio provincialis Pomeraniae* de 1606. §. in *conc. credit.*
- (i) BRUNNEMANN. de *concurf. credit.* c. 5. §. 27. PRUCKMAN. p. I. const. 47. n. 19.
- (k) *Jur. Lub.* I. 3. t. I. a. 12. MEVIUS ad. d. jus. I. 3. t. I. a. 9. n. 52.

*burgici* (l), & *aliorum locorum* (m), imo & *ipsius Cameræ Imperialis* (n).

### §. 19.

Consequens haētenus dictorum est, apud *Saxones* olim ratione præferentia liberorum prioris matrimonii, quoad *bona materna*, præ noverca intuitu ejus *illatorum*, eadem obtinuisse, quæ supra ex jure *Romano* deduximus, quæ paucis eo redeunt, quod scilicet privigni cum *dote matris suæ* præferantur novercæ intuitu suæ *dotis*, nec non cùm bonis paraphernalibus matris suæ, Novercæ quoad sua paraphernalia, non vero item cum paraphernalibus matris suæ *doti* novercæ. Si modo hoc ultimum ex §. præc. limites, eo scilicet in casu, ubi Mater liberorum prioris matrimonii ratione rerum suarum *paraphernalium* curavit sibi constitui *expressam hypothecam*, liberos priores cum his *paraphernis* præferri etiam *doti* novercæ (o).

### §. 20.

Non inelegans quæstio est, quæ olim in *Saxonia* frequens admodum erat. *Triplex* nempe in concursu obveniunt *creditoris*. Ponamus, primos esse prioris matrimonii liberos, qui

- (l) *Mecklenburg. Land- und Hofgerichts-Ordnung* p. 2.  
t. fin. §. und waun der Schuldner ic.
- (m) Vid. *GIESEBERT.* d. I. n. 367. seqq.
- (n) *MYSINGERUS* c. 4. *obseru.* 13. n. 3. & *BEUTHERUS de jur. prælat.* p. 1. c. 35.
- (o) per verba *Confit. Elef. AUG.* p. 1. c. 28. quæ §. præc. sub litera (c) adduximus.

qui bona materna paraphernalia petunt, & illi habent tacitam hypothecam. Adebat quidam Creditor secundus, cui competit hypotheca expressa. Tertii creditoris locum occupabit uxor secunda obserati, hic noverca, dotem illatam repetens, allegansque jus prælationis propter dotem ipsi concessum. Quæritur, quomodo hi creditores sint collocandi de jure Saxonico veteri? Evidem de jure Romano uxor cum dote sine dubio præferenda erit, cæteri vero duo creditores, temporis prioritatem servabunt; at vero de jure saxonico haud facile hic principium & finem inveniri posse fatetur CARPOZOVUS (p). Statuit enim hic, primum Creditorem, hic privignos, parapherna matris suæ petentes, non posse præferri, ideo, quia vincitur à tertio creditore, uxore nimirum præter tacitam hypothecam etiam privilegio prælationis gaudente; Nec posse præferri secundum Creditorem expressam hypothecam habentem, cum huic primus creditor, scilicet privigni, cum tacita sua hypotheca præcedat; Nec posse præferri tertium Creditorem, uxorem nimirum, hic Novercam, dum vincitur à secundo Creditore ob expressam hypothecam. Addit tamen, D D. communiter velle, tertium Creditorem, hic novercam, hoc in concurso primo loco esse ponendam, ceu superantem utrumque, primum quidem ex se ipso, & secundum omnino ex persona primi Creditoris, qui secundum vincit, juxta regulam: Si Vinco vincentem te, multo magis te vinco. Ad quæ tamen sat bene nihilominus monet, juxta eam regulam eodem jure dici posse, quod Creditor primus vincat Creditorem secundum, & quidem ex se ipso, at tertium Creditorem, scilicet mulierem, ex persona Creditoris secundi. Tandem concludit, Judicis arbitrio hac in re aliquid esse tribendum, ut attentis variis circumstantiis, facultatibus creditorum, eorumque qualitatibus, & conditionibus ex æquo & bono rem decidat, ita ut communi opinioni, quæ mulierem præfert, inhæreat non solum ob favorem dotis, sed & ob

C 3

obser-

(p) P. I. c. 28. d. 175.

observantiam, jam ante in foro receptam, quam studiose commendat. Interim contrarium è diametro sentit B. TITIUS pugnans (q), circulum hic adesse, hancque regulam hic tam pro omnibus, quam contra omnes, ipso fatente CARPZOVIO (r), adhiberi posse. Unde in Casu dato ex sola temporis prioritate prælationem metiendam, & sic Novercam hic cæteris duobus, privignis scilicet & *expresso hypothecario*, esse postponendam. Nam utut hæc vincat creditorem primum, hic privignos, tacita saltem hypotheca munitum, tamen hoc probabiliter saltem eo in casu procedere, si solus reperiatur, non vero si sub clypeo velut interjecti creditoris expressi contra eam tutus sit. Quæ sane TITII sententia, quin rationi & intentioni Legislatoris optime conveniat, non dubitamus.

### §. 21.

Talis erat conditio Novercæ & Privignorum olim in Saxoniam. Jure vero Saxonico noviori facies rerum hic multum mutata est, ac jura Uxoria & Liberorum ratione *datis* & *paraphernalium*, ex Jure Romano descendentia & Jure Saxonico veteri approbata, ferme penitus eliminata cernuntur. Etenim ab Electore Saxoniae, & Rege Poloniarum FRIDERICO AUGUSTO sanctum est, ut *hypotheca tacita* in totum omnes abrogatae essent, in Saxonia (f), & ne forte dubium occurrat, an ratione *datis* & *paraphernalium* uxorum eadem obtinuant,

(q) In observat. ad LAUTERBACH. Comp. ff. tit. de privil. credit.

(r) Cit. def. 175.

(f) In der verbesserten Proceß-Ordnung t. 45. §. 1. ibi: Die hypothecas tacitas, weilen dadurch öfters grosse Gefahrde, und besonders bey concursibus creditorum vieler Aufenthalt verursacht worden, wollen wir hiemit ganzlich aufgehoben haben.

neant, *Serenissimus Princeps* expresse hoc extendit ad bona dotalia & paraphernalia uxorum, ac constituit, ut illi, qui jure reali uti volunt, in genere omnes expressa hypotheca judiciali sibi prospicere teneantur (t). Imo, quod majus adhuc videtur, statuit *Serenissimus Legislator*, in posterum nec constitutionem expressa hypothecæ generalis, five sit judicialis, five extrajudicialis, in concursibus creditorum, & alias, contra tertium possessorem ullum effectum habere debere (u).

## §. 22.

Debet ergo hodie ea expressa hypotheca constitui. 1. Specialis in certis rebus. 2. Et quidem immobilibus, ita ut 3. accedat judicis illius, sub cuius jurisdictione illæ res sint, confirmatio, ac quidem 4. quoad res feudales consensus &

con-

(t) Vid. ord. proc. nov. d. 1. §. 4. ibi: Insonderheit soll denen Erbeibern weder respectu paraphernalium, noch respectu doris dergleichen (tacita sc. hypotheca) justeben, sondern dieselbe, wann sie nicht durch eine ausdrückliche gerichtliche special hypothec prospicirt seyn, sich einiges Pfand- oder Vorzug-Rechts vor andern Gläubigern in keine wege anzumassen haben. Gestalt wie dann hiemit diese und überhaupt alle andere hypothecas tacitas nochmals ausdrücklich cassiren und aufheben.

(u) Cit. ord. proc. nov. t. 44. §. 1. ibi: Es soll in Zukunft keine general - hypothec, sie mog gerichtlich oder außer Gericht constituit worden seyn, weder in concursu creditorum, noch sonstien contra tertium possessorem, von einer Kraft und Wirkung seyn.

(x) D. ord. proc. nov. tit. cit. §. cit. ibi; Sondern es ist in rebus

confirmatio Domini directi (x). In *mobilibus* vero rebus nec *judicialis* nec *extrajudicialis* *hypotheca* vim habet, sed is solum, cui *pignus* traditum est, quique illud tenet, (non attento constituto possessorio, nec attenta ulla traditione facta) *jus reale* consecutus est, ut praे illis omnibus, qui non ad primam classem pertinent, ipsi exinde satisfieri debeat (y).

## §. 23.

Neque hic subsistit Sereniss. *Legislator*, sed, quod probe notandum est, insuper cavit, ut omne *jus prælationis* certis hypothecis, & præfertim *uxorum* earumque *liberorum* tacitis, de Jure Romano (z), ut & de Jure Saxonico antiquiori (a), annexum,

rebus immobilibus die Verpfändung jedermal auf gewissen Grundstücken zu richten, und von dem Richter, unter dessen Jurisdiction dieselbe gelegen, oder bey den ehemaligen Lehen-Gütern von dem Lehen-Herren, der Consens darüber zu ertheilen.

(y) Cit. *ord. tit. cit. S. 2.* ibi: In rebus mobilibus aber ist weder eine gerichtliche noch aussergerichtliche Verschreibung von einiger Würkung, sondern es hat allein derjenige, dem ein Pfand zugleich übergeben worden, wann er es würklich in Händen hat (gestalt das Constitutum possessorium oder einige traditio facta keinesweges zu attendiren) ein *jus reale* vergestalt daran erlanget, daß er vor allen andern, so nicht zur ersten Clas gehören, davon zu befriedigen.

(z) Vid. LAUTERB. *Comp. ff. tit. de privil. cred. p. m. § 86.*

(a) Vid. *Constit. Elekt. AUGUST. p. I. c. 28.* CARPZOV. p. I. c. 28. d. 63. seqq.

annexum, in totum sit sublatum, nec ulla statuta huic ordinationi contraria attendenda sint (b).

§. 24.

Ex hisce sic jure noviori *Electoralni Saxonico* determinatis  
dijudicatu facilis admodum est lis de præferentia inter liberos  
prioris matrimonii, seu privignos, Novercamque,  
D scilicet

(b) D. ord. nov. proc. t. 43. ibi: Obwol hiernächst in denen  
Rechten, auch in unserer Gerichts-Ordnung hoc titulo  
verordnet, daß einigen Gläubigern, welche nebst der  
dinglichen Gerechtigkeit ein privilegium personale haben,  
die Priorität vor denen übrigen Creditoribus Hypotheca-  
riis zustehen soll. Nachdem aber hierdurch zum öfttern  
die andere Gläubiger um ihre Capitalia, so sie dem De-  
bitori bona fide vorgestreckt, und worüber sie gerichtliche  
Beschreibung gehabt, gänzlich gebracht, oder doch  
daran ziemlich verkürzet worden; so haben wir hiemit  
dieses gänzlich zu ändern und aufzuheben, zu Beschrän-  
kung des Credits vor nöthig befunden. Sezen und  
ordnen demnach hiemit, daß weder einem Ehetreib ratio-  
ne dotis, noch dem Fisco, wann er mit jemanden con-  
trahiret, noch auch denjenigen, so zur Erbauung,  
Besserung und Erhaltung, ingleichem zu Erkauffung  
eines Hauses, oder Guts, etwas dargelichen, hinsüro  
ein Jus prælationis, oder auch nur ein Jus reale zustehen  
soll, wann sie sich deswegen nicht eine gerichtliche Hy-  
potheconstituiren lassen, auf welchen Fall sie gleichwol  
kein Vorzugs-Recht vor denen ältern Creditoribus Hy-  
pothecariis haben, sonderr gleich den andern Gläubigern  
nach Ordnung der Zeit des erhaltenen Pfand-Rechts  
befriediget; auch keine Statuta, so dieser unser Ordnung  
zuwider attendaret werden sollen.

scilicet sublato in totum *privilegio prælationis*, sublatis & cassatis desuper tacitis *hypothecis*, exæquatoque jure dotalium & paraphernalium, tota res hodie apud *Saxones* dependet à constitutione judicialis expressæ *hypothecæ*, ad præscriptum dictæ ordinationis constitutæ. Si ergo hanc vel *uxor prima* tempore initi matrimoniī, aut postea, vel etiam ejus liberi, antequam Noverca ducēta est, & sibi ratione dotalium & paraphernalium bonorum *hypotheca* prospexit, in bonis mariti vel patris constitui curaverant, res salva est, ac liberi prioris matrimonii, hic privigni, Novercam præcedunt ex prioritate temporis, quam tribuit anterior *hypotheca expressa*. At vero si hanc vel *uxor prima*, vel liberi ejus sibi constitui non curaverint, Noverca vero hac sibi prospexerit, tum privignis præferenda erit Noverca. Si neutra pars cautionem præscriptae illius *hypothecæ* habet, tum denegato ipsis omni jure reali (c) videntur remittendi ad classem chirographariorum, in qua ulla prælatio haud obtinet, sed singulis pro rata satisfaciendum est, tam de jure Romano (d), quam de Jure Saxonico (e).

## §. 25.

Viso sic & Jure Romano & Jure Saxonico tam antiquiori, quam noviori, ordo nos vocat, ut enucleatum sistamus, quid JURE LUBECensi intuitu præferentia liberorum

(c) Vid. §. præc. 21. lit. (t). & §. præc. 22. lit. (b).

(d) L. 6. C. de bon. author. judic. possess. l. 10. C. qui pot. in pign. l. 12. §. 2. ff. eod. CARPOV. p. 1. c. 28. d. 158. n. 1. LAUTERBACH. Comp. ff. tit. de privil. cred. p. m. 588. MEVIUS ad jus Lubec. l. 3. t. 1. a. 12. n. 66.

(e) Const. Elect. AUGUSTI. p. 1. c. 28, in fin. CARPOV. d. def. 158. n. 1.

rum prioris matrimonii, hic privignorum, cum *bonis maternis*, præ Novercæ dote & illatis obtineat, & constitutum sit, atque hoc facturi necesse judicavimus, quædam PRINCIPIA JURIS LUBECENSIS notabilia in medium proferre, quia absque cognitione eorum doctrina de præferentia, in concursu Novercæ cum privignis, quam jam ex dicto jure determinare volumus, commode enucleari non potest, iis vero probe cognitis, eo facilius decidi potest.

## §. 26.

Horum principiorum primum est Confusio bonorum dotalium & paraphernalium eo jure. Etenim communio bonorum, quæ hoc jure inter *conjuges*, tam *improles*, quam *proxem habentes*, inter eos quidem restrictior, inter hos vero laxior intercedit (f), ut ut solummodo anomala & impropria sit (g), tamen hoc efficit, ut *omnia uxoris bona* ad maritum allata, sive *dotis* nomine data, sive ut *paraphernalia* habita sint, plane confundantur, ac perinde habeantur, ac si *dotalia* sint, ut sic discrimen bonorum, quod *Jus Romanum* in iis constituit, de *Jure Lubecensi*, vel si mavis ex usu vulgari, non accurate observetur (h).

## §. 27.

Quod vero ejusmodi *confusio bonorum dotalium & paraphernalium* sit de *Jure Lubecensi*, hoc colligi potest ex ipsis  
D 2 Juris

(f) MEVIUS ad *jus Lubec.* I. I. t. 5. a. 5. n. 28 - 30. seqq.

(g) Idem d. l. n. 25. & 29.

(h) Idem ad artic. 12. t. 2. l. 2. *jur. Lubec.* n. 157. junct. n. 54.

*Juris Lubecensis* textibus (i), notatque MEVIUS(k) ita apud *Lubecenses* observari, & ne controversum quidem esse. Interim tamen negari nequit, quod pactis hæc confusio evitari queat(l). Quo pertinet, quod in praxi eo soleat respici, an certa dos pacto vel dicto mulieris eorumve, qui eam nuptiam elocant, sit constituta, an vero nulla certa dos constituta reperiatur, ut in casu scilicet priori omne id, quod extra illud pactum est, pro paraphernalibus, vel receptitiis habetur, non item pro dote, nisi ut ejus augmentum ex destinatione inferentium datum sit; in posteriori casu vero, omnia bona, quæ uxor ad maritum attulit ita, ut fructum eorum capiat, *dotalia* habeantur, si non appareat de aliqua exceptione (m).

### §. 28.

*Principium secundum* est adæquatio bonorum paraphernalium & dotalium ratione juris prælationis, etiam eo in casu, ubi pacto certa dos constituta est, & sic omne id,

(i) Vid. l. 1. t. 5. a. 5. ibi: Sondern sie soll alles wiedernehmen, was sie zu ihrem Mann gebracht hat, &c. l. 1. t. 5. a. 7. ibi: So nimmt die Frau ihren Braut-Schäz, Kleider, Kleinodien und Jungfräulich Eingedömte, welches sie ihm zugebracht, zum voraus. Item l. 3. t. 3. a. 9. ibi: So geht die Frau mit ihrem Braut-Schäz, Kleider, Kleinodien und Jungfräulichem Eingedömte, und was sie ihm zugebracht, vor allen Creditoren.

(k) *Ad jus Lubec.* l. 2. t. 2. a. 12. n. 54. add. STRYCK. in dissert. de differentiis *Juris Communis* & *Lubecensis* c. 10. n. 56.

(l) MEVIUS d. l.

(m) MEVIUS ad *Jus Lubec.* l. 1. t. 5. in addit. ad n. 28.

id, quod extra pactum illud est juxta §. præced. pro *paraphernis* habetur. Patet hæc *adæquatio* ex perpicuis textibus *Juris Lubencis*, inter alios ex articulo 5. tit. 5. libr. 1. ubi disponitur, *uxorem improlem* de debitibus mariti non teneri, sed *eam omnia capere & præcipere*, quæ marito attulit (n), item ex art. 7. tit. 5. l. 1. ubi cautum, ut marito ob æs alienum fugitivo, *uxor improlis* non solum *dotem*, sed & *vestes ornamenta & alia bona*, quæ marito *intulit*, ante mariti creditores capiat (o), & denique ex art. 9. tit. 1. lib. 3. qui *vult*, marito obærato mortuo *uxorem improlem* non solum cum *dote*, sed & cum *vestibus, ornamenti*, & quæ *insuper marito intulit*, omnes creditores mariti antecedere (p). In quo Jus Lubecense, multum deviat à Jure Romano, utpote quod uxori ratione *paraphernalium*, non *jus prælationis*, sed solam *tacitam hypothecam*, adsignat (q).

D 3

§. 29.

- (n) L. 1. t. 5. a. 5. *jur. Lub.* verba hæc sunt: Begibt sich ein Mann mit einer Frau in die Ehe, stirbt dann der Mann, und läßt keine Kinder von ihr, oder daß sie schwanger sey, die Schuld, damit er jemand verhaftet, kan der Wittrauen nichts hindern, sondern sie soll alles wiedernehmen, was sie zu ihm gebracht hat; darnach soll man von seinem Gut alle seine Schuld bezahlen.
- (o) Lib. 1. t. 5. a. 7. *Jur. Lub.* ita sonat: Haben sie aber mit einander keine Kinder, so nimt die Frau ihren Braut-Schätz, Kleider, Kleinodien und Jungfräulich Eingedömte, welches sie ihm zugebracht, zuvoraus, von dem andern Gut zahlet man die Schuld.
- (p) L. 3. t. 1. a. 9. *Jur. Lub.* ita loquitur: So geht die Frau mit ihrem Braut-Schätz, Kleider, Kleinodien, Jungfräulich Eingedömte, und was sie ihm zugebracht, vor allen Creditoren. add. MEVIUS ad dict. art. 9. n. 35. seqq.
- (q) Vid. §. præcedent. 7.

## §. 29.

*Principium tertium est, quod hypotheca, quæ de Jure Romano uxoribus ratione dotis & paraphernalium competit in bonis mariti, de Jure Lubecensi non sit sublata (r). Ex quo hoc sequitur, partim, *uxores* ratione bonorum *dotalium*, præter *jus prælationis* frui quoque jure tacita hypotheca, etiam de *Jure Lubecensi*, dum hoc illis concessit *Jus Romanum* (s), partim & de *Jure Lubecensi* *uxores* ratione paraphernalium gaudere tacita hypotheca, cum & his bonis illud *jus reale à Jure Romano assignatum* sit (t), utut de *Jure Lubecensi* & ratione horum bonorum *uxoribus* simul competat *prælationis privilegium* (u).*

## §. 30.

*Principium Quartum est, quod hypotheca tacita & prælatio quoad dotalia & paraphernalia eo in casu saltem uxori competit, si neque liberos ex marito habeat neque ex eo gravida sit (x), sed ut sit *improlis*, requiritur. Nam si *uxor* ex marito *prolem* habeat, obstricta est ad*

(r) MEVIUS ad *Jus Lubec.* l. 3. t. 1. a. 12. n. 53. 54.

(s) Vid. §. præc. 6.

(t) Vid. §. præc. 7.

(u) Vid. §. præc. 28.

(x) *Jus Lubec.* l. 1. t. 5. a. 5. ibi: Und läßet keine Kinder von ihr, oder daß sie schwanger sey, & a. 7. t. 5. l. 1. ibi: Unbeerbt ist rc. nec non artic. 13 t. 5. l. 1. ibi: Es kan keine unbeerbtte Wittwe rc. & denique l. 3. t. 1. a. 9. ibi: Mit seiner Frauen unbeerbt rc.

ad solutionem ejus, quod debet maritus, etiam ex suis bonis (y). *Improlis* vero uxoris jure & censetur ea, cuius liberi, licet prolem unam vel plures marito pepererit, tempore moti concursus, aut mortis mariti, non amplius sunt superstites, sed fato defuncti (z). Quod si vero prolem ex marito quidem non habeat, ex eo tamen *gravida* sit, tum jus ejus in suspenso tamdiu est, donec constet, partum editum vel non editum esse (a), ita ut posteriori casu pro improli habeatur, & sic jure tacitæ hypothecæ & prælationis omnino gaudeat, in priori vero casu, ceu mulier prolem habens, hoc jure destituatur, modo partus editus non sit monstrosus, nec abortus, nec mortuus, sed vivus, imo vitalis, editus scilicet tempore legitimo, ut secundum naturam vivere possit, dum non vitalis pro abortu, atque eo, qui nunquam natus est, habetur (b).

## §. 31.

Sed quid juris, si *uxor* gravida quidem non sit. Maritus autem ad tempus forte aufugerit, adeoque *spes protis* ex ea suscipienda adhuc superfit? Respondetur, tum *uxorem dotem* quidem & cætera illata ante alios creditores præcipere, at vero has res omnes seculo in loco collocandas & lapsum temporis, quounque ad pariendum habilis est, exspectandum esse, redditu tamen annuo

(y) *Jus Lubec.* l. I. t. 5. a. 7. ibi: Wird ein Mann wegen seiner Schuld flüchtig, hat er dann mit seinem Weibe Kinder, so soll die Schuld bezahlt werden von ihrem beyderseits Gut. add. & art. 10. t. I. l. 3. nec non art. 26. & 28. tit. 2. l. 2. *Jur. Lubec.*

(z) Vid. præc. not. (x) propter verba: Läßet ic. Cofer. MEVIUM ad *Jus Lubec.* l. I. t. 5. a. 7. n. 22-25.

(a) MEVIUS ad *Jus Lubec.* l. I. t. 5. a. 7. n. 13.

(b) MEVIUS d. l. n. 16.

annuo ad mulieris usus cedente (c). Elapsò hoc tempore & interim partu non edito uxor plane liberatur ab actionibus creditorum, & sua sibi præcipua habet, edito vero interea partu, bona recidunt in eam conditionem, ac si ante fugam partus jam extitisset (d).

## §. 32.

Deviare tradita §. 30. & 31. nimium quantum à *Jure Romano*, per se patet, dum certo certius sit, illo jure nec maritum pro uxore, nec uxorem pro marito teneri (e). Interim quod statuto dispositum, id sequendum (f). De validitate eorum statutorum, quæ disponunt, *uxores* obligari pro maritis, consule D D. (g). De ratione hujus statuti *Lubecensis* videatur MEVIUS (h).

§. 33.

(c) *Jus Lubec.* l. I. t. 5. a. II. ibi: Wann sie aber noch in denen Jahren ist, darinn sie Kinder gebähren kan, so muß gemeldter Braut-Schätz wiederum an gewisse Herter belegt werden, und mag die Frau davon die jährliche Abnuzung zu ihrem Besten unverhindert gebrauchen.

(d) MEVIUS ad *Jus Lubec.* l. I. t. 5. a. II. in addition, ad n. 3. in fin.

(e) Vid. t. t. C. ne uxor pro marito.

(f) MEVIUS ad J. L. l. I. t. 5. a. 7. n. 4.

(g) MYNSINGER. C. I. obs. 29. GAIL. 2. observ. 90. CAMPEG. de dote p. 5. qu. 2. n. 3. COLER. dec. 31. HILLIGER. ad DONELL l. 15. c. fin. lit. B. MEV. p. 3. d. 123. & ad *Jus Lubec.* l. I. t. 5. a. 6. n. 4. BRUNNEM. ad l. I. C. ne uxor pro marito.

(h) Ad *Jus Lubec.* l. I. t. 5. a. 6. n. 5. & a. 7. n. 4. seqq. & p. 3. d. 123.

§. 33.

*Principium quintum est, quod bona uxorum Recep-  
ptitia, Spiel-Gelder Lubecensibus dicta, sub dispositio-  
ne Juris Romani relinquat Jus Lubecense, ut scilicet  
uxori eorum intuitu nec tacita hypotheca, nec *jus prælationis*, com-  
petat (i). Colligitur hoc certo ex textibus *Juris Lubecensis* (k),  
utpote qui omne *jus prælationis* & *præceptionis* restringunt ad *dotem*  
& *cætera bona, quæ uxor marito attulit*, quorum in numero non  
sunt *receptitia bona*, quippe quæ extra domum mariti, velut sepa-  
rata sibi habet & possidet *uxor* (l). Unde & hoc est, quod &  
*uxor*, quæ prolem habet, de *Jure Lubecensi* ex his bonis non  
teneatur solvere debita mariti (m).*

§. 34.

*Principium* denique sextum est, quod infrequens Lubeca non fit, liberis prioris matrimonii, ratione bonorum matris præmortuæ, à patre ad secunda vota advolante, fieri certam ac specificam assignationem, Auspruch vom Mutter-Gut Lubeca dictam, eamque peragi, vel coram Senatu, quæ solemnis audit, vel non coram Senatu, duntaxat a Patre privata conventione, ac desuper factio

## E instru-

- (i) Vid. §. 10. *dissert. nostr.* & MEVIUM ad *Jus Lubec.* l. 3. t. 1.  
a. 9. n. 44. & p. 6. d. 246. p. 3. d. 125. n. 9.  
(k) Scilicet ex l. 1. t. 5. a. 5. 7. 13. & l. 3. t. 1. a. 9.  
(l) COTHMANN. V. I. conf. 44. n. 102. MEVIUS ad *J. L.* l. I.  
t. 5. n. 3. & l. 2. t. 2. a. 12. n. 159.  
(m) MEVIUS ad *Jus Lubec.* l. 3. t. 1. a. 10. n. 72, 73. & l. 1.  
t. 5. a. 7. n. 28.

instrumento, quæ minus solemnis *vocatur* (n), imo aliquando etiam contingere, ut liberis prioris matrimonii à patre hoc in casu plane nulla fiat *ratione bonorum maternorum assignatio* (o).

### §. 35.

Præcognitis hisce principiis Juris Lubecensis, quoad quæstionem in Concurso Novercæ cum Privignis, an de Jure Lubecensi prioris Matrimonii liberi, hic privigni, quoad bona materna gaudent præferentia præ Noverca ratione dotis & illatorum, initio præsupponendum est, de ea Noverca nos loqui, quæ prolem ex marito non habet, nam quoad Novercam, quæ prolem habet, inutilis plane est ea quæstio, quoniam pro debitis mariti adstricta est de *Jure Lubecensi* (p). Quod si vero Noverca est *improlis*, tum attendi debet, an liberi prioris matrimonii, hic privigni, intuitu bonorum maternorum habeant assignationem solemnem, einen Ausspruch vor dem Rath, an vero minus solemnem & privatam, an plane nullam. Quid in unoquoque casu *Juris Lubecensis* sit, sequentes §. §. docebunt.

### §. 36.

Primus casus, ubi scilicet liberis prioris matrimonii, hic privignis, *solemnis* coram Senatu facta est *assignatio* extra omnem dubitationis aleam positus est, cum *Statutis Lubecensi-*

(n) Vid. art. 31. tit. 2. l. 2. *Jur. Lub.* ibique MEVIUS.

(o) MEVIUS d. l. n. 6. seqq. & n. 35.

(p) Vid. §. 30. & seqq. nostr. diff.

*Lubecensibus* (q) expresse ita definitus sit, ut tum PRIVIGNIS, intuitu hujus solemnis assignationis, competitat præferentia præ dote NOVERCÆ. Quæ hic notanda occurunt, satis deduxit *Dn. MEVIUS* (r).

## §. 37.

Secundus casus, ubi scilicet privignis intuitu bonorum maternorum minus solemnis & privata assignatio à patre facta est, similiter in Statutis Lubecensibus (s) ita expresse definitus  
E 2 est,

(q) Scilicet in art. 31. t. 2. l. 2. ibi: Sichet Mann und Frau mit einander in der Ehe, und ihr eines, es sey der Mann oder die Frau, zuvor Kinder hat, und denen selben wäre ein Ausspruch geschehen von ihres verstorbenen Vaters oder Mutter wegen ic. Ist dann der Ausspruch ordentlicher Weise vor dem Rath geschehen, so gehet Kinder-Gelt vor Braut-Schätz. Item in artic. 12. t. 1. l. 3. ibi: Darnach Kinder-Geld vor dem Rath ausgesprochen, folgends der Braut-Schätz.

(r) Ad Jus Lubec. l. 2. t. 2. art. 31. n. 32. seqq. & art. 33. n. 166. seqq.

(s) Scil. in art. 31. t. 2. l. 2. Sichet Mann und Weib mit einander in der Ehe, und ihr eines, es sey der Mann oder die Frau, zuvor Kinder hat, und denen selben wäre ein Ausspruch geschehen, von ihres verstorbenen Vater oder Mutter wegen, welcher Ausspruch ordentlicher Weise vor dem Rath nicht geschehen, stirbt dann der Mann, und die Frau ist mit ihm nicht beerbet, und Irrung sich erhübe, ob die Kinder mit ihrem Ausspruch, oder die Frau mit ihrem Braut-Schätz, in des Manns Gütern

est, ut NOVERCA tum cum dote præferatur ei conventionali assignationi LIBERORVM PRIORIS MATRIMONII.

### §. 38.

Tertius casus, ubi scilicet privignis intuitu bonorum suæ matris nulla plane facta est *affignatio*, de *Jure Lubecensi* expresse decisus non reperitur, & hinc controversum admodum est, num LIBERIS PRIORIS MATRIMONII, seu PRIVIGNIS, quoad bona suæ matris, hic competit præferentia præ NOVERCA ratione suæ dotis & illatorum, an vero hæc illis præferatur.

### §. 39.

Pro præferentia PRIVIGNORUM varix militant *rationes*. Prima desumitur ex eo, quod hic casus in *Jure Lubecensi* non sit definitus, & sic in eo *observari debent Juris Romani dispositio*, privignis intuitu *dotis maternæ* præferentiam tribuens præ *dote* Novercæ. Volunt enim D.D. statuta esse stricte interpretanda, nec de casu ad casum extendenda (t), sed potius id, quod in illis dispositum non est, pro

Gütern soll vorgezogen werden, so geht die Frau mit ihrem Braut-Schäz zuvor; gleicher Weise soll es auch gehalten werden, wann ein Mann vor seinem Weibe sterbe. Add. & art. I2. t. I. l. 3. Jur. Lubec. ubi das Kinder-Geld, quod dem Kinder-Geld, so vor dem Rath ausgesprochen ist, opponitur, post dem Braut-Schäz und treuer Hand demum locatur.

(t) MEVUS p. 2. d. 40. n. 10.

pro omisso habendum (u), nec id, quod statutum non dicit, à nobis fingendum & dicendum (x): quin potius, quoad statuta, unius inclusionem, esse exclusionem alterius (y), & casum statuto non decisum sub juris communis dispositione relinquendum (z); idque vel eo maxime, quia *statuta* in genere passivam & declaratoriam à jure communi recipient interpretationem (a), imo ita interpretatione declarari debeant, ut ad jus commune redetur (b), ac juri communi illa quam minium derogent (c).

## §. 40.

Secunda ratio deducitur à disparitate minus solemnis (qua excluditur privignorum prærogativa) & plane non factæ assignationis. Etenim videtur, *minus solemnis* illa *assignatio*, privignis facta, quoad bona materna, sub se continere Novationem quandam extinguentem privilegia

E 3 dotis

(u) COTHMANN. V. 4. R. 21. n. 6. MENOCH. de A. I. Q. cas. 32. MEVIUS p. 7. d. 253. n. 6.

(x) NOVELL. 18. c. 5. in princ. COTHMANN. d. l.

(y) MEVIUS p. 2. d. 40. n. 5. & 7.

(z) L. *Sancimus C. de Testam.* l. *præcipimus C. de Appellat.* COTHMANN. V. 4. Resp. 21. n. 7. &. Resp. 27. n. 7. MEVIUS p. 1. d. 133. n. 8. p. 2. d. 40. n. 14. & ad *Jus Lub.* quæst. *præliminar.* 7. n. 39. & l. 2. t. 2. a. 31. n. 12.

(a) CACHERAN. d. 142. n. 1. SURDUS d. 36. n. 19. GAILIUS 2. *observ.* 33.

(b) COTHMANN. vol. 3, Resp. 25. n. 26.

(c) L. de quibus &c. ibi interpretes, ff. de legibus COTHMANN. V. 4. Resp. 20. n. 7.

dotis maternæ (d), idque efficientem, ut privigni eam assignationem, non ut dotem maternam, sed ut debitum Patris, petere valeant ac debeant (e), dotis privilegio vel ideo exulan-  
te, ne fraudibus locus sit (f); Talis vero *Novatio* in casu, ubi nulla plane assignatio facta est, non conspiciatur, ac sic diversum in eo casu à priori quid obtainere debeat, cum hic privilegia do-  
tis salva maneant.

## §. 41.

Tertia ratio consecaria est ex fine §. præc. Nam ad stabilienda eo magis illa, quæ ibi dicta sunt, traditur, dotem maternam, cuius intuitu privignis nulla plane facta sit assignatio, *in artic. 12. tit. 1. lib. 3. Juris Lubec.* venire sub voce illius articuli *Braut-Schätz* (g), minime vero sub voce *Kinder-Geld* sine addito (h), quippe quæ vox, *indefinita* licet, satis hic arguit, saltem ad non solemniter assignata eam spectare (i). Si ergo dos materna privignorum, cuius intuitu nulla ipsis facta assignatio, continetur in dicto articulo 12. *Jur. Lubec.* sub vocabulo *Braut-Schätz*, consequens erit, ut doti Novercæ præferatur, quam certum sit, *dotem priorem præferri doti posteriori* (k).

§. 42.

- (d) L. in novatione ff. *de novat.* l. solutum ff. *de pign.* aet. in pr. NEGUSANTIUS de *pignorib.* p. 6. m. 3. n. 1. MEVIUS ad *Jus Lub.* l. 2. t. 2. a. 31. n. 36.
- (e) MEVIUS d. l.
- (f) CARPZOV. l. 4. Resp. 22. n. 11. seqq.
- (g) MEVIUS ad *Jus Lubec.* l. 2. t. 2. a. 31. n. 12.
- (h) Idem d. l.
- (i) Idem ad art. 12. t. 1. l. 3. *Jur. Lub.* n. 28.
- (k) Idem ad d. art. 12. n. 29.

## §. 42.

Quarta ratio eaque ultima sumitur ex art. 28. tit. 2.  
lib. 2. *Jur. Lubecensis* (l), quippe in quo dispositum, ut LIBERI  
PRIORIS MATRIMONII, hic PRIVIGNI, dotem mater-  
nam, & NOVERCA quoque suam dotem præcipiant  
in casu, quo uxor moritur & vir secundam duxit uxorem, eaque  
mortuo marito improlis est, ubi illam præceptionem intelligunt  
sub eo privilegio, quod jus & ratio communis *antiquiori privi-*  
*legiatæ hypothecæ privignorum dedit* (m).

## §. 43.

Nec defunt, qui hanc opinionem seu veriorem pro-  
pugnant. In medium producimus magnum MEVIUM (n) ut  
& JCtos Rostochienses in Responso die 6. & 19. Aprilis  
1619. in causa Joachimi Walters dato, ad quod se refert ME-  
VIUS (o).

## §. 44.

Pro præferentia vero Novercæ è contrario *varia*  
militare videntur *rationes*. Prima ratio inde desumitur, quod  
hæc

(l) Textus art. 28. in fin. ita sonat: Bleibt aber die lezte Frau  
unbeerbet, so nimt die Frau ihr zugebracht Gut, also  
auch die Kinder erster Ehe ihrer Mutter zu voraus.

(m) MEVIUS ad *Jus Lubec.* l. 2. t. 2. a. 31. n. II.

(n) Ad. *Jus Lub.* l. 2. t. 2. a. 31. n. 10. seqq. & n. 35. seqq. ut &  
ad art. 12. t. 1. l. 3. n. 28. & 29.

(o) Ad *Jus Lubec.* l. 2. t. 2. a. 31. n. 12. in fin.

hæc controversia non ex principiis Juris Romani, sed vero ex principiis Statutorum Lubecensium, decidenda sit, quia *Statuta* in loco statuentium semper præalent *Juri Romano* (p), atque inde observanda sunt, licet *Juri Romano* repugnant (q). Tollunt enim *statuta* jus commune (r), ac sunt *jus publicum & civile civitatis* (s), & ideo, si de iis constat, ea omnino sequenda sunt (t).

### §. 45.

Hinc secunda ratio succedit inde, quod *statuta Lubecensia* luce meridiana clarius præferentiam *liberorum prioris matrimonii* præ noverca, & contra novercae præferentiam præ *liberis prioris matrimonii*, seu *privignis*, statuerint ex modo, quo assignatio *privignis* facta sit. Ita ut in *casu factæ assignationis solemnis privigni* præferantur, in *casu vero assignationis non solemnis* noverca præcedat illis (u).

### §. 46.

Tertia ratio est, quod, quia *jus Lubecense* ne assignationi quidem minus *solemni* præferentiam præ noverca tribuit (x), inde prono amne sequatur, multo minus

(p) AMAT. dec. March. 85. n. 12.

(q) PRUCKMANN. conf. 17. n. 15. PFEIL. conf. 107. n. 4.  
MEVIUS conf. 9. n. 77.

(r) L. omnes populi: ibi BARTOL. & JASON. ff. de just. & jur.  
VIVIUS d. 221. n. 1.

(s) MEVIUS conf. 65. n. 117.

(u) *Jus Lub.* I. 2. t. 2. a. 31. & I. 3. t. 1. a. 12.

(x) Vid. §. præc. scripta.

minus hoc jus eam præferentiam concessisse liberis in casu, quo nulla plane facta est assignatio. Argumentum enim hic deducitur à majori ad minus, quod in jure validum est (y), & necessario concludit (z).

### §. 47.

Quarta ratio desumitur ex artic. 12. tit. 1. lib. 3. *Jur. Lub.* ubi doti quidem præponitur das Kinder-Geld, so vor dem Rath ausgesprochen ist, at vero das Kinder-Geld sine addito post dotem expresse ponitur & collocatur (a). Quod vero vox Kinder-Geld *sine addito* in contradistinctione des Kinder-Gelds, so vor dem Rath ausgesprochen ist, tam plane non assignata, quam assignata minus solemniter, licet, si præter Novercam alii adhuc concurrent creditores, non eodem privilegio, vid. infra §. 54., sub ambitu suo comprehendat, inde evincitur, quod vox Kinder-Geld sit genus. Genus vero *omnes species*, non speciatim exceptas, sub se continet (b), juxta proprietatem verbi ad *omnes species* pertinet (c), in qualibet specie repræsentatur (d): Et sic omnia ea

F

com-

(y) EVERHARD. in loc. *argum. legal.* loco à majori. MEVIUS conf. 99. n. 66.

(z) MEVIUS conf. 36. n. 32.

(a) Verba artic. 12. t. I. l. 3. hæc sunt: darnach Kinder-Geld, vor dem Rath ausgesprochen, folgends der Braut-Schätz, treue Hand, Kinder-Geld.

(b) COTHMANN. V. 5. Respons. 10. n. 27. MEVIUS p. 6. d. 312. n. 5. in not.

(c) MEVIUS conf. 65. n. 63.

(d) SURDUS conf. 121. n. 3.

complectitur vox *Kinder-Geld*, quæ liberis ut liberis competit, sola *affignatione solemni*, juxta *Jus Lubecense*, excepta.

### §. 48.

Quinta ratio petitur ex natura omnium Statutorum ideoque & Statutorum Lubecensium, quæ suadet, Statuta esse stricti Juris, nec de casu expresso ad alium extendi, sed potius ad casum expressum restringi debere (e). Quum igitur Statutum Lubecense præferentiam privignorum præ noverca restringat ad eum casum, quo ipsis *solemnis affigatio facta est* (f), merito & ad eum casum manere debet restrictum illud *prælationis jus*, nec extendendum ad casum, quo liberis nulla plane facta est *affigatio*.

### §. 49.

Sextam rationem præbet unanimis DDrum conclusio tradens, Statuta quoad Literam, atque ita, ut nulla syllaba otiosa sit, omnino esse intelligenda (g). Quæ DDrum conclusio & *Statuto Lubecensi* in genere, & in specie quoad hanc materiam, omnino convenit, ac simul suadet, textus *Juris Lubecensis*, præferentiam privignorum præ Noverca *solemni affignationi* tribuentes (h), præcise juxta literam intelligi, atque ita sumi debere, ut *nulla syllaba* in iis *otiosa* sit, quod tamen esset, si privignis etiam præferentia præ noverca illo concederetur casu, ubi nulla plane *affigatio* facta est.

### §. 50.

(e) ROLAND à VALLA V. I. conf. 55. n. 13.

(f) *Jus Lubec.* l. 2. t. 2. a. 31. & l. 3. t. I. a. 12.

(g) BESOLD ad *jus provinc. Würteberg.* p. 3. th. 21. in fin.

(h) sc. art. 31. t. 2. l. 2. & a. 12. t. I. l. 3.

## §. 50.

Septima ratio oritur inde, quod notum sit, Statuti Dispositionem aliter locum non sortiri, quam si qualitas etiam, quam statutum requirit, & præsupponit, adsit (i). Quo ita se habente prono amne sequitur, quando *Jus Lubecense* præferentiam privignorum præ noverca *affignationi solemni*, seu certæ qualitati adscripsit, eamque qualitatem præcise requisivit, dispositionem *Juris Lubecensis* de præferentia privignorum præ noverca non aliter locum sortiri, quam qualitate ea requisita, *affignatione* scilicet *solemni*, existente, atque sic quum in casu, quo nulla plane facta est *affignatio*, requisita de *Jure Lubecensi* qualitas æque desit, quam in casu, ubi facta quidem est *affignatio*, sed *privatim*, merito & cessare debere *Statuti Lubecensis* dispositionem, certæ qualitatis *affignationi*, *solemni* scilicet, solummodo præferentiam tribuentem (k).

## §. 51.

Octavam rationem affert specialis mentio *affignationis solemnis*, quoad præferentiam privignorum præ Noverca, facta Jure Lubecensi (l), quæ certe *super vacua, inutilis & frustranea* foret, nisi in *casibus diversis & diversum* quid obtineret, ut alibi non diffitetur ipse Dn. MEVIUS (m).

F 2

§. 52.

(i) ANDRÆOL. *controv. forens.* 192. n. 1.(k) BARBOS. *Thes. loc. Commun.* l. 15. c. 4. ax. 22.

(l) scilicet in artic. 31. t. 2. l. 2. &amp; art. 12. t. 1. l. 3.

(m) ad *Jus Lubec.* l. 2. t. 2. a. 18. n. 6.

## §. 52.

Nona ratio deponitur à contrario. Est enim hoc argumentum non solum in *jure Romano* (n), sed & in *statutis* validum, utut hæc sint *juri Romano* contraria (o), præsertim in casu, ubi aliæ concurrunt circumstantiæ (p). Nec est quod regeratur, *affignationem solemnem*, & minus *solemnam* reputari quidem pro *contrariis*, at vero *affignationem solemnem*, & non *factam* plane *affignationem*, non item. Nam responderi potest: *Solemnis illa à Statutis Lubecensibus*, quoad præferentiam privignorum præ Noverca, præcise requisita *affignatio* cessat tam in casu, ubi nulla plane facta est *affignatio*, quam in casu, ubi facta quidem est *affignatio*, sed non *solemnis*, atque sic *solemni* illi *affignationi* contrariatur tam nulla plane facta *affignatio*, quam facta quidem, sed non *solemnis*. Plane enim non fieri, & non fieri eo modo, uti lex vel statutum requirit, unum idemque, & ad paria judicatur (q). Ac præterea hoc argumentum hic inde corroboratur, quod rationi *statuti Lubecensis*, cur quoad præferentiam privignorum præ Noverca *solemnam affignationem* præcise requisiuerit, scilicet quo & secundæ conjugi contra fraudes propiciatur, æque non satisfiat per plane non *factam affignationem*, quam per factam quidem, sed non *solemnam*. De quo §. §. seqq. pluribus.

## §. 53.

Decima ratio sumitur à deficientia rationis, cur *ius Lubecense* præferentiam *privignorum* præ Noverca præcise

(n) MEVIUS p. 1. d. 52. n. 3. & cons. 16. n. 189. junct. 96. n. 86.

(o) MEVIUS ad *Jus Lubec.* l. 2. t. 2. a. 18. n. 6.

(p) SCHURFIUS cons. 36. n. 11. c. 2. COTHMANN. V. I. Resp. 5. n. 116. 117. & Resp. 38. n. 33. juncto Vol. 3. Resp. II. n. 18. MYNSINGER. Resp. 10. n. 81.

(q) COTHMANN. V. I. Resp. 77. n. 38.

præcise restrinxerit ad assignationem, iis solemniter factam. Consistit vero hujus restrictionis *ratio* in eo, quo præsertim secunda conjugi contra deceptionem & fraudes succurratur (r). hæcque speciosis mariti facultatibus haud decipiatur, omnesque lites ac jurgia inter eam & privignos evitentur. Nam sicuti ex aliis *juris Lubecensis* textibus hæc æquissima, & non satis deprædicanda *Senatus Lubecensis* in rebus publice peragendis intentio satis elucet (s), ita & hic ejus reperitur notabile vestigium in *jure Lubecensi* (t), id scilicet, quod privigni Novercæ non præferantur, nisi ipsis de bonis maternis facta sit à Patre *affiliatio*, & ea quidem *solemnis* coram *Magistratu*. Hæc vero ratio deficit utique in casu eo, quo privignis *nulla* plane facta est *affiliatio*, quia & hic secunda conjux seu Novercæ deceptioni Mariti valde exponitur, gravibusque litibus & juriis maximis anfa datur, quibus tamen omnibus caute prospicere voluit *Jus Lubecanum*, disponens, Parentem secundas nuptias appetentem teneri cum liberis dividere bona communia (u), aut ad minimum *affiliationem* ex bonis maternis facere debere (x), & eam quidem, si liberi prælatione præ secunda uxore gaudere velint, præcise coram *Senatu* (y). Deficiente vero statuti ratione in casu eo, quo *nulla* præcessit *affiliatio*, necesse quoque est, ut ipsa dispositio statuti de præferentia privignorum cesset, cum statuti anima sit *ratio* (z).

### §. 54.

Undecima ratio, eaque ultima, quæ forte primo loco ponni debuisset, ea est, quod liberi prioris matrimonii, hic pri-  
F 3 vgni,

(r) MEVIUS ad *Jus Lubec.* l. 2. t. 2. a. 33. n. 81.

(s) Vid. *Jus Lubec.* l. 3. t. 4. a. 1. & l. 3. t. 6. a. 1. & 2.

(t) scil. in art. 31. t. 2. l. 2. & art. 12. t. 1. l. 3.

(u) *Jus Lubec.* art. 2. & 3. tit. 2. libr. 2.

(x) *Jus Lubec.* l. 2. t. 2. a. 31.

(y) *Jus Lubec.* d. a. 31. & l. 3. t. 1. a. 12.

(z) MEVIUS ad *J. L.* l. 2. t. 2. a. 2. n. 51.

vigni, quando post mortem suæ matris non dividunt bona communia cum patre, ad secunda vota advolante, nec etiam curant sibi vel ex bonis communibus, vel ex bonis defunctæ matris assignationem fieri, sed in communione manent, & im Gedey und Verderb mit dem Vater besitzen (a), und die Güter ungetheilet bleiben (b), ad debita Patris etiam ex suis bonis solvenda teneantur (c); hinc creditoribus patris non præferantur (d), ideoque nec antecedant secunda uxori, seu illorum Novercæ, improli, quippe quæ ante creditores patris est (e). Quo etiam sine dubio spectare videtur *jus Lubencense* in art. 28. tit. 2. Lib. 2. in fin. ubi in casu eo, da das Gut des Vaters und der Kinder ungetheilet ist, die andere Frau aber keine Kinder mit dem Mann hat, hæc uxor secunda improlis cum bonis illatis primo collocatur, & deinceps saltem liberi prioris matrimonii mit ihrem Mutter-Gut (f), ut ut aliter sentiat *Dn. MEVIUS* (g).

### §. 55.

Et sic recensitis illius sententiæ, quæ privignos, nulla plane assignatibne ipsis facta, Novercæ præfert, rationibus, allatisque iis etiam argumentis, quæ pro præferentia Novercæ adduci possunt, ultima accedimus *opinioni*, quod scilicet in casu, ubi

(a) Vid. a. 3. t. 1. l. 2. *Jur. Lubec.*

(b) Art. 26. & 28. t. 2. l. 2. *Jur. Lubec.*

(c) d. art. 26. & 28. *MEVIUS* ad d. art. 26. n. 8.

(d) *MEVIUS* ad d. art. 26. n. 9. ubi & rationes addit.

(e) Art. 12. t. 1. l. 3. item art. 5. 7. 11. 13. t. 2. l. 2. *Jur. Lubec.*

(f) Verba Artic. 28. t. 2. l. 2. in fin. hæc sunt: Bleibet aber die letzte Frau unbeerbet, so nimt sie ihr zugebracht Gut, also auch die Kinder erster Ehe ihrer verstorbenen Mutter Gut veraus.

(g) Ad *Jus Lubec.* l. 2. t. 2. a. 31. n. 11. vid §. 42. præc. nostr. dissert.

ubi *privignis* à patre ratione bonorum matris præmor-tuæ, nulla plane facta est assignatio, non *privignis* præ Noverca, sed Novercæ, præ *privignis*, competit præferen-tia. Nam hanc sententiam de jure Lubecensi veriorem existimamus, & , licet ita a communi DDrum Schola receda-mus, & *Jctum* quendam nobis consentientem adducere haud valeamus, sufficit tamen, quod firma & stabilis ex rationibus pro ea adductis stet nostra hæc sententia.

### §. 56.

Quo vero & satisfiat rationibus pro contraria sententia re-censitis, respondemus ad Rationem dissentientium primam. Esse hunc casum omnino in jure Lubecensi definitum partim per art. 12, tit. 1. Libr. 3. Juris Lubecensis, ubi das Kindergeld *sine addito* (sub qua Kindergeld casus non factæ assignationis suo modo comprehenditur, ut demonstratum dedimus §. 47.) postponitur dem Brautschätz; partim etiam inde, quod casus plane non factæ assignationis omnino contineatur sub casu factæ quidem assignationis, sed minus solemnis (uti docuimus §. S. præced. 46. & 52.); partim denique, id quod rem dubiam amplius esse non finit, ex articulo 26. & 28. tit. 2. libr. 2. item ex art. 3. tit. 1. libr. 2. & ex art. 12. tit. 1. libr. 3. Juris Lubecensis (uti demonstravimus §. 54.)

### §. 57.

Ad rationem secundam respondeatur, nos hic non agnoscere disparitatem inter conventionalem & mi-nus solemnem assignationem, & inter plane non factam assignationem, sed utramque, quod postpo-natur doti Novercæ, ad paria judicamus. Imo sentimus, quod, quam ne assignatio quidem minus solemnis operetur præferentiam privignorum præ Noverca, multo minus ea præferentia liberis competere queat, si plane nulla assignatio facta sit,

fit, vide §§. 46. 50. 52. 53. tametsi inter utramque eam notabilem agnoscamus differentiam, quod in priori casu liberi quidem *doti Novercae & deposito* postponantur, at vero nihilominus armer Leuten, Gottes Häuser und sonstigen Geld, welches keine Rente gibt, nec non *creditoribus hypothecariis* sub voce Kinder-Geld preferantur (h), posteriori vero in casu omnibus creditoribus Patris postponantur, ejusque debita etiam de suis exsolvere teneantur (i). Nec movere nos possunt ea, quæ de *novatione* huic secundæ adversariorum rationi inspersa sunt, quod scilicet ea intercesserit, cum facta est *minus solemnis assignatio*, quodque ea sustulerit omnia privilegia dotis, idque efficerit, ut liberi hanc assignationem, ut debitum patris, petere debant; cum è contrario per *solemnem assignationem* portio assignata statim separetur à bonis Patris, atque ideo liberi eam, ut propriam, quoad Dominium habeant, & eam, non ut simpliciter debitum, petant (k). Etenim testatur, quoad posterius, *consuetudo Lubecensis*, in *assignationem* etiam *solemnam* ordinarie & ut plurimum venire certam quantitatem pecuniaæ, hancque remanere apud Parentem, ipso Dn. MEVIO non diffidente (l). Qui vero ratione utens diceret, hujus pecuniaæ dominium in liberos per *assignationem* *solemnam* esse translatum, cum pater eam in bonis suis retinuerit & liberis solum assignatione prospexerit? Certe legatum generis, ut alia omittam, quod dominium non desert, aliud monstrat (m). Quoad prius vero regeritur, *Novationem* ullam hic nos non agnoscere. Nam si qua esse deberet novatio, foret novatio in specie sic dicta, cum pater hic sit & maneat debitor liberorum suorum; quæ tamen ne ex evidenterissimis quidem conjectu-

(h) *Vid. a. 12. t. 1. l. 3. Jur. Lubec.*

(i) *Ex ratione supra §. 54. data.*

(k) *MEVIUS ad Jus Lubec. l. 2. t. 2. a. 31. n. 34. & 36.*

(l) *ad Jus Lubec. l. 2. t. 2. a. 33. n. 123.*

(m) *BRUNNEMANN. ad l. 1. C. commun. legat. n. 3. HOPP ad §. 2. J. de legat.*

conjecturis, quæ hic desunt, desumenda ac colligenda est (n). Insuper captum nostrum transgreditur, quod *minus solemnis assignatio*, continere dicatur novationem, non item *solemnis assignatio*. Nec est credibile, si & hic in utroque casu subesset *novatio*, a *Jure Lubecensi* effectum ejus quoad novationem solemnem fuisse sublatum. Quid, quod assignatio ut plurimum liberis im-puberibus fiat, atque inde consensus tutorum mentio iniciatur (o), simul vero notum sit, impuberes novare non posse (p), & utut tutores eorum hoc facere possint, tamen factum Tutorum non præjudicare liberis, neque aliter subsistere, ac prouti ipsis utilis est novatio (q). Locum CARPZOVI lib. 4. resp. 22. n. 11. ibi citatum quod spectat, patebit ex ejus inspectione, nihil hunc JCTum pro contraria sententia afferre, liberisque inibi præferentiam non ob novationem, sed ob fraudem, denegare; imo ejus tradita ad *ius Lubecense* trahi non posse.

### §. 58.

Ad rationem tertiam respondemus: quod casus, ubi nulla *liberis prioris matrimonii* ratione bonorum maternorum est facta *assignatio*, in art. 12. tit. I. libr. 3

G

Jur.

(n) CARPZOV. l. 5. Resp. 105. n. 10. LYNCKER. ad STRUVIUM tit. de novat. th. 57. ibique STRUVIUS ipse. HOPPIUS ad tit. Instit. quibus modis tollitur obligatio §. 4. STRYCK. de C. C. l. 4. c. 2. §. 2. & c. 3. §. 3. SCHIFORDEGGER. l. 2. disput. forens. ad FABR. tract. 2. qu. 5. (ubi notat, contrariam sententiam intolerabilem fovere errorem) & alii.

(o) *Jus Lubec.* l. 2. t. 2. a. 33.

(p) L. 20. §. 1. ff. de novat. l. 15. ff. de solut.

(q) STRUVIUS ad tit. ff. de novat. th. 58.

Jur. Lubecens. non contineatur sub voce **Braut-Schatz**,  
sed suo modo sub voce **Kinder-Geld** sine addito. Id satis de-  
monstratum dedimus S. 47. ut superfluum sit, idem hic loci  
repetere.

## §. 59.

Ad rationem quartam, eamque ultimam, regeri-  
mus, textum articuli 28. tit. 2. libr. 2. Juris Lubecensis  
ibi citatum, *juncto textu artic. 26. tit. 2. libr. 2.* non esse  
contrarium, sed nostram stabilire sententiam, imo & hoc velle,  
quod in casu, ubi liberis prioris matrimonii ratione bono-  
rum maternorum nulla facta est *assignatio*, sed hi liberi mit dem  
Vater im Gedey und Verderb gesessen, und die Güter ungetheilet  
geblieben seyn, hi liberi non solum *doti Novercæ*, sed & o-  
mnibus creditoribus patris postponantur, imo patris debita ex suis  
bonis solvere debeant, ceu demonstravimus supra S. 54.

## §. 60.

Nec auctoritas denique Jcti eximii & felicis alias indagato-  
ris *Juris Lubecensis* Dn. MEVII, & *Jctorum Rostochienium*,  
ab eo citatorum, contrarium sententium, nos dimovere debet,  
aut potest ab hac nostra rationi, analogiæ, & principiis *Juris  
Lubecensis* consona sententia. Utut enim magna ingenia etiam  
post fata venerari oporteat, inspiciendum tamen semper est,  
quid dicatur ab iis, maxima etiam autoritate, si aliter persuasi-  
sumus, exulante. Inde nobis necessario discedendum erat ab  
illorum fere communiter recepta sententia; & ut de cæteris  
nostraræ opinionis argumentis & rationibus jam nihil dicamus,  
apertum est, contrariae sententiae patronos non habuisse ratio-  
nem ejus principii, quod ex artic. 26. & 28. tit. 2. libr. 2.  
*Juris*

*Juris Lubecensis adduximus.* §. 54. illius scilicet, quod in casu, ubi liberi prioris matrimonii tempore secundarum nuptiarum patris non divisorunt cum patre bona communia, nec magis curarunt, sibi ex bonis maternis fieri assignationem, ein Außspruch, sed cum Patre societatem bonorum communi commodo periculove continuarunt, ( sind mit dem Vater im Verderb und Geden sißen geblieben, juxta art. 3. tit. 1. libr. 2. Jur. Lubec.) & bona communia indivisa tenuerunt ( Ihr Gut ist zusammen ungeschieden juxta art. 26. tit. 2. libr. 2. Jur. Lubec. oder das Gut ist ungeschichtet und ungetheilt geblieben, juxta art. 28. tit. 2. lib. 2. ) tum hi liberi ratione bonorum maternorum nulla præ creditoribus Patris, & sic multo minus præ secunda uxore Patris, seu noverca improli, gaudeant præferentia, sed Patris debita ex bonis communibus exsolvenda veniant per dict. art. 26. ubi: Die Schuld soll man zahlen vom gemeinen Gut, & per dict. art. 28. ubi: Ist auch dann Schuld vorhanden, die soll man von dem gemeinen Gut zuvor bezahlen. Nam si vel hoc unicum principium animadvertisserit hi Jcti, neutiquam privignis intuitu honorum maternorum, in casu, quo nulla ipsis facta est assignatio, prætulissent novercæ improli. Fuere & illi homines, à quibus humanum nihil, adeoque nec error, abfuit, quem nec à nobis abfuisse, sponte fatebimur, si meliora & rectiora edocti fuerimus.

## §. 61.


Antequam colophonem huic dissertationi imponamus, paucis adhuc querere luet, num liberis prioris matrimonii etiam intuitu honorum paternorum in bonis vitrici illorum, seu secundi mariti matris eorum, competit tacita hypotheca, & præ istius vitrici secunda uxore improli prælatio de Jure Lubecensi? Quid de

G 2

de

de Jure Romano obtineat, tradidimus supra §. 15. ubi negative respondimus. Sed ad Jus Lubecense quod attinet, certum est, *inter materna & paterna bona liberorum prioris matrimonii* hoc in casu nullam esse differentiam (r), & attendi hic etiam, an liberis prioris matrimonii ratione bonorum paternorum sit facta assignatio coram Senatu, an vero privatim, an vero denique nulla his sit facta *assignatio*, ita ut in casu solemnis assignationis liberi prioris matrimonii, cum ea assignatione solemini ex bonis paternis facta, præcedant *& doti uxoris secunda vitri*, in casu non solemniter factæ assignationis *huius doti postponantur, & in casu*, ubi nulla plane facta est assignatio, *etiam reliquis vitri creditoribus post habeantur*, uti antea, quoad liberorum bona materna, pluribus demonstratum est.

(r) *Jus Lubec.* l. 2. t. 2. a. 31. ubi: Ein Ausspruch geschehen von ihres verstorbenen Vaters oder Mutter wegen.



ACCES-

# ACCESSIONES.

\* Sententia judicij inferioris Lubecensis  
in causa Rötgert Festers Vormünder contra  
seel. Lorenz Festers creditores  
d. 9. Septembr. 1626.

**A**nno 1626. Puris. Mariæ. Die Herrn Vormünder Rötgert Festers haben seel. Lorenz Festers Güther alle auf einen Anspruch mit allem Rechte besaten lassen. Zeugen Hinrich Michelsen, und Helmar Hogreue, Actum 9. Februarii. Umb die Besate zu prosequiren, haben die Arrestanten einen Extract aus seel. Lorenz Festers Buche, worin er mit seiner Frauen erster Ehe 2000 Mck. Brautschatz und 500 Mck. an Eingedömbte empfangen, produciret, und solches als Kindergeld voraus zu erkennen gebethen; Weil aber Henrich Michelsen, wegen Thomas Hebbens und Paul Storck, im Nahmen anderer Creditoren um Copey angehalten, ist ihnen dieselbe per sententiam zuerkannt. Commiss. jud. Actum Lunæ 6. Martii. Diesemnächst ist den Impugnanten, ad proximam ihre Nothdurft einzubringen, bey Verlust der Sachen zuerkannt. Commiss. jud. Actum Jovis 16. Martii. Zu folge diesem, haben die Impugnanten eingewand, obgleich Lorenz Fester in sein Buch geschrieben, was er mit seiner seel. Frauen erster Ehe bekommen, so wolte doch daraus kein Kindergeld erfolgen, weil keine Abtheilung oder ordentlicher Ausspruch erfolget, sondern Vater und Kinder in gesammten Güthern, Gedey und Verderb geblieben, mit Bitte, die Herrn Arrestanten mit ihrem Suchen nicht zu hören. Johannes Hinrichsen im Nahmen der Arrestanten bath zu erwegen, daß der Vater zu der Zeit, als er ad secunda vota geschritten, in gutem Vermögen gewesen, dohero solches Geld noch ohnlängst zu Wismar als Kindergeld erkannt worden, welches präjudicatum, weil daselbst das Lübische Recht observirte würde, nicht unbillig in acht zu nehmen. Die Impugnanten sagten, des angezogenen präjudicati halber wäre noch lis sub judice. Worauf die Urtheilsfindet die acta ad revidendum genommen. Commiss. jud.

G 3

Actum

Actum Jovis 23. Martii. Als nun umb publication der Urtheil angehalten, so ist dieselbe mündlich abgesprochen, und zwar

die Besate bey Macht, die Forderung aber als eine gemeine Schuld erkannt. Commiss. jud. Actum Sabb. 9. Septembr.

Johannes Hinrichsen, Actor, stante pede ab hac sententia ad ampliss. Senatum appellavit. Dni Præsides judicii appellationi detulerunt 13 Septemb.

\* Relatio ex actis cum Voto Referentis  
in appellationis instantia, pro  
Confirmatoria.

In Appellations-Sachen Hrn. Johann Kamfferbeken und Helwich von Ehwich Vormündern Rörgert Festers wieder Lorenz Festers seligen Creditoren, in puncto prælationis, die Meinung dem Lübschen Rechte gemäß zu entdecken, muß man vorhero sehen die eigentliche Speciem facti, worüber das Recht genommen werden soll. Damit hat es nun diese Gelegenheit: Lorenz Fester, nunmehr seeliger, hat sich im Jahr nach Christi Geburth 1555 den 17. May mit Herrn Rörgert Kamfferbeken Tochter Annen in den Stand der heiligen Ehe begeben, und mit derselben befreyet 2000 Mck. Brautschatz und 500 Eingedömt, auch aus siehender Ehe einen Sohn gezeugt, den er nach seinem Schwieger-Vater Rörgert nennen lassen. Nach Verlauff eßlicher Jahren stirbt die Mutter. Der Mann, bey gutem Wollstande, schreitet zur andern Ehe, mit Jungfrau Nodesten, Didrich Zimmermans hinterlassenen Tochter, gerath in Schulden-Last, verstorbt. Nach seinem Tode gibt sich zu seinem Nachlaß ein Concursus Creditorum, und unter denselben auch die Herrn Vormünder Rörgert Försters an, vermeindende, ratione Dotis, und des Eingedömbtes, vorauf zu gehen und prælationem zu haben, welchem doch die Creditorn wiedersprechen aus diesen Fundamenten und Gründen.

1.) Dass obwoll die Kaiserlichen Rechte, in Dotibus und Zugebrachtem dem Weiblichen Geschlechte sehr favorisiren; so ist doch

doch in dieser Stadt herkommens, wird auch in viridi obseruantia also gehalten, daß, wie eines Erben halben eine Ehefrau alle des Defuneti mariti bona lucirt, also muß sie auff den wiedrigen Fall, wann ihr Ehemann in Schulden-Last gerath, eines Erben halben alles das Ihre zusezen, was sie zum Manne gebracht hat.

2.) Allegari potest Artic. 26. de Successionibus ab Intestato, worin enthalten: Wann Mann und Weib in die Ehe treten, und eines der Ehegatten hat Kinder, zeugen sie dann mit einander auch Kinder, und ihr Gudt ist ungeschickter, so soll man die Schuldt bezahlen von gemeinem Guthe.

3.) Allegari potest Artic. 28. de Suc. ab Intest. worinnen also wird disponiret: Wann ein Mann ein Weib nimmet, und abermals Kinder zeuget, daß alsdann, wann das Gut ungetheilet geblieben, die Schulden, so vorhanden, vom gemeinem Guthe vorher (verstehe ehe die Kinder erster und anderer Ehe zur Theilung gelangen können) bezahlet werden müssen. Soll nun, wie das Statutum will, aus gemeinem Guthe, den Creditorn ihre Schuldt bezahlet werden: so folget nothwendig, daß nummehr nach so vielen Jahren keine Separation gemacht werden kan, es seyn dann vorhero die Creditorn bezahlt.

4.) Weil die Anverwandten Rötgert Festers dero Zeit, wie die Mutter gestorben, und der Vater Lorenz bey guter Vollmacht und gutem Vermögen zur andern Ehe geschritten, mit gutem Fuge hätten auff einen Aufspruch oder auff die Theilung können urgiren und gute Richtigkeit schaffen, und die andere Heirath so lange hemmen, solches aber unterlassen, und den Vater mit gutem Willen im vollen sien lassen, möglich der Intention und Meinung, es würde sich das Vermögen Lorenz Festers augiren, und solches augmentum in eventum dem Sohne Rötgert mit zum Besten kommen: so wird nummehr, nachdem sich das Glücke gewendet, und alles zur argen Hand geschlagen, der Sohn den Schaden mit tragen müssen, und solches darumb, weil es den Verwandten damals also gefallen, und dieselbe in tempore nicht vigiliren wollent. Qui enim vult antecedens, videtur etiam velle consequens. Damit deme der Vortheil folget, wann es glückt, der muß sich auch des Schadens, wann Unglück zuschläget, nicht entgegen seyn

seyn lassen. Dieses und desgleichen zum Grunde gelegt, ist auff des Gegenthels Gründe unschwer zu antworten.

ad 1.) Dann erstlich, daß ex Art. 2. 3. 5. & 10. tit. 2. Lib. 2. Lübschen Rechtens die Wörtlein: **Soll oder muß theilen:** item der Mann ist schuldig mit seinen Kindern zu theilen sc. urgirt wird, und daraus eruiert werden will, es stehe nicht in dem Willen und Wohlges fallen, des Vaters oder der Mutter, ob sie theilen wollen, oder solches bleiben lassen, sondern sie sein præcise daran verbunden, solches verhält sich in gemeine wegl nicht also, sondern wird mit einem solchen Unterscheide also gehalten: Wann einem Manne seine Ehefrau stirbet, verläßt sie Kinder und der Mann will zur andern Ehe greiffen, alsdann haben der Kinder Unverwandten oder verordnete Vormünder zwee Wege vor sich, von denen sie einen mügen lesen, entweder sie mügen inständig auf die Theilung dringen und Verboth thun lassen, ehe mit dem Hochzeitigen Beylager nicht zu verfahren, und wann das geschehen, so ist wahr, was Gegenthel sagt, daß der Vater præcise an der Theilung verbunden sey. Und dieses ist warlich vor die Vormünder der sicherste Weg, dann eventür ist keine Bathe, und heute Eyer seind besser als Morgen junge Hüner. Wann sie aber in consideration des Mannes Zustandes den Mann in gemeinen Gütern lassen sijzen, geräth es dann, daß sich des Mannes Vermögen verbessere, so haben die Kinder voriger Ehe solches zu genießen, wie solches der 25. Articul. de Success. ab intest. in sich hält; schlägt es aber zur argen Hand, daß sich das Glück wendet, so müssen die Kinder erster Ehe, alsdann auch den Schaden tragen, und haben alsdann die Verwandten dessen Verweis; Die Vormünder müssen den Schaden den Kindern gut thun, und aus ihren Beutel erscken. Dann qui vult antecedens, vult consequens; quod semel placuit, amplius displicere non potest. Derowegen das inferit wird de Imperativis, quae inferunt necessitatem, das hat statt in primo Casu, nicht aber im andern, quia volenti non fit injuria. Der das will, dem geschiht kein Unrecht.

ad 2.) Und also militirt Art. 21. t 2. lib. 2. nicht vor Klägern, sondern vor die Creditorn. Dann soll der Ehemann, wann er nach seiner Ehefrauens Tode zur andern Ehe schreiten will, von wegen

wegen der Kinder voriger Ehe zur Rechnunge gezwungen werden, so müssen ja Leute seyn, die ihn zwingen. Dann warumb solte er lauffen, wann ihn niemand saget: Soll auch ein Hochweiser Rath ex officio darzu thun, daß den Kindern das ihre bleibe, so müssen ja Leute seyn, qui officium Judicis implorant, und darumb anhalten. Nunquam enim imperit Judex officium suum nisi lacesitus; Dahero Art. 2. de Successf. ab intest. ausdrücklich enthalte, es wolle ein Rath, wann Ihme dasselbe zu wissen gehan, und sie darumb ersucht werden, Amsterwegen darzu thun. Fälschet also dahin alles, was hieraus inferiret werden will. Niemand läugnet, daß es recht und billig sey, daß wegen der Kinder Rechnung und Bescheid geschehe, auf daß inskünftig eine Gewissheit sey, was den Kindern zustehe. Niemand sagt anders, als daß sichs woll könne zutragen, wann nach Absterben eines der Eltern die Güther oder der Nachlaß in Communione bleiben, daß daher die Kinder woll umb das ihre kommen können. Weil sich aber auch woll begeben kann, daß bey solcher Gemeinschafft sich das Vermögen bessert, und daraus den Kindern voriger Ehe, grosser Vorteil zwächst, so ist es eine ganz ungereimte Schlufrede, so Kläger führet: Wann der Eltern eines zur andern Ehe schreitet, und in gemeinen Güthern besiken bleibt, daraus kan den Kindern voriger Ehe Schade erwachsen. Ergo so muß die Theilung præcise geschehen. Respondetur, der Schluß ist falsch, quia a posse ad esse non valet consequentia. Es kann Schade daraus erfolgen; Ergo erfolget præcise Schade daraus. Non sequitur. Dann wie gesagt, kann auch grosser Vorteil daraus erfolgen.

ad 3.) Auf den 29. Articul de Successionibus gehört eben die Antwort, die auf den 21. Articul.

ad 4.) Argumentirt Kläger also: Wann der Eltern eines zur andern Ehe schreitet, und theilet mit den Kindern nicht, so handelt er wieder Stadtrecht; derowegen so kann ihm solches nicht zu Nutz kommen, noch zum Vorteil gereichen. Hierauf ist zu antworten: Esse fallaciam a dicto secundum quid, ad dictum simpliciter. Dann alsdann wäre es wieder Stadtrecht, wann die Unverwandten der Kinder die Theilung bey dem Wittwer,

der zur andern Eheschreiten will, suchten, und könnten sie nicht erlangen. Wann sie aber darumb keine Ansichtung thun, sondern den binubum parentem bona voluntate in gemeinem Gute sichen lassen, spe melioris lucri, oder was sie sonst darzu bewegen möchte, das ist dem Stadt-Recht nicht alleine nicht zuwiedern, sondern allerdings gemäß, und würde alsdann in eventum adversum also müssen heissen: Omne commodum cum suo onere compensandum, oder incommoda rei sequuntur illum, quem sequuntur commoda.

ad 5.) Thut Kläger also argumentiren: Theilen und in Gemeinschafft bleiben, das seyn contraria; darum können sie nicht beysammen seyn. Respondeo: Man gibt die ganze Schluss-Nede nach in seinem gesunden Verstande. Dann Theilen und in Gemeinschafft bleiben, können nicht beysammen seyn in uno subiecto. Dann werden die Eltern zur Theilung angehalten, so können sie in keiner Gemeinschafft bleiben, aber wann sie darzu nicht angehalten werden, so können sie auch in der Gemeinschafft woll bleiben. Und daß man ferner will argumentiren: Das Stadt-Recht gebeut die division, ergo so verwirft es communion. Respondendum ad antecedens, das Stadt-Recht gebeut die division, scilicet, wann darumb von den Unverwandten oder Vormündern der Kinder angehalten wird, wann aber dieselbe nicht urgiret wird, so läßt das Stadt-Recht die communionem zu, Inhalts Artic. 26. und 28. de Success. ab Intestato.

ad 6.) Da Kläger also argumentiret: Was den Kindern a defuncto parente in linea descendente anstirbet, das seyn Erb-Güther, ergo können sie nicht alieniret werden. Ad hoc respondeatur, Erb-Güther seyn, was übrig bleibt, wann die Schuld bezahlt ist. Ist nun, wann Lorenz Festers Schulde bezahlet, etwas übrig, das ist Erbguth, und gehört dem Sohne Rütgert Festers.

ad 7.) Alerit Actor, das Statutum habe die Communionem inter parentem binubum und die liberos priores nicht induciret, weil selbige nicht bestehe in consensu, propter tenellam etatem, in qua liberi ut plurimum constituti sunt, quare nec intelligentie nec voluntatis capaces. So könnte auch die Communion nicht bestehen vi Statuti; weil das Statutum die division so ernstlich gebierte, so verbiete sie derowegen die communion, als die ipso jure nicht könne bestehent.

bestehen. Ad hæc respondetur: Das Stadt-Recht befiehlt und nothiger parentem binubum ad divisionem, wann der Kinder **Unverwandten oder Vormünder** selbige sollicitiren, urgiren und treiben; Wann aber die **Unverwandten oder Vormünder** der Kinder auf die Theilung nicht dringen, tacite videntur consentire in communionem, das ist, so verwilligen sie dadurch in die Communion und **Gemeinschafft**, entweder in Hoffnung eines bessern Vortheils, oder aus einer andern Ursache. Es gerciche nun solches zum Vortheil oder zum Schaden, so muß, was ihnen zu einem mahle gefallen, ihnen hernacher nicht missfallen. Art. 26. & 28. de Success. ab intest.

ad 8.) Wird ex adverso *Jus Civile* allegirt, das da will, omnia *adventitia & materna* ad liberos pertinere jure proprietatis, usufructu tamen ad parentem remanente. Sed respondetur: *Generi* per *Speciem* derogatur, & illud potissimum pro Jure habetur, quod ad Speciem magis directum est. Das ist, dem gemeinen **Kayser-Rechte** wird vom Lübischen Rechte abgezogen, und das in hoc casu nostro vor Recht gehalten, das mehr zum Fall gerichtet ist, davon **Stadt-Recht** redet. Die gemeinen **Kayser-Rechte** privilegiren die Weiber in repetitione dotis, und geben ihnen das voraus vor alle creditoren, ob sie schon ausdrückliche Verpfändung haben. Das thut zwar auch das Lübische Recht in tali casu, wann die Weiber unbeerbet seyn; seyn sie aber beerbet, so müssen sie des Erben halben des Mannes Schulden bezahlen helfen, und hierinn bricht das **Stadt-Recht** dem gemeinen **Kayser-Rechte** ab etc. Was aber die *Adventitia* belangt, so den Kindern a linea materna ansterben, da bleibt es bey der disposition gemeiner **Kayser-Rechte**, nemlich, daß die proprietas den Kindern bleibe, die Nutzung aber der Vater zu geniessen hat.

\* *Sententia appellationis instantiae, Reformatoria  
quidem, sed argumento elocutioneque  
Romana, non Lubecensis.*

**I**n Sachen Rötgert Festers Curatoren, Arrestanten und Appellanten, wieder die Creditores Lorenz Festers, Appellaten, hat E. Edl. Rath gesprochen und erkannt, daß in voriger Instanz H. 2 übel

übel gesprochen und wohl davon appelliret, und daß der Rötgerr Fester wegen seines geklagten Muttertheils allen nach ihm rem Tode von seinem Vater seel. gemachten Schulden zu praeferirent sey. Jussu Consulatus publicatum, d. 6. Novembr. 1629.

\*\* Dn. D. JOACH. LVCAS STEIN  
in der Gründlichen Abhandlung  
des Lübischen Rechts

Part. 2. §. 257. in not.

**G**s schreibt der Herr MEVIVS in Comment. ad a. 31. h. t. daß Kinder erster Ehe, wenn sie in Concursu wegen den zu fordern habenden Gütern, so nach Absterben ihres Vaters, oder Mutter auf sie gefallen sind, mit dem anderweitigen Ehegatten, so sein zugebrachteß Guth ex Concursu, da er unberbet, zurück fordert, concurriren, alsdann jene, wenn sie überall keinen Ausspruch haben, diesem praeferiret werden müssen, ex ratione: weil die erste Forderung die Rechte des ersten Brautschatzes hätte, welcher dann, da er tempore & hypotheca prior, als der letztere, denselben auch billig praeferiret werden müsse. MEV. I. c. n. 1. seqq. n. 10. 11. Er macht sich nachhin n. 35. das Dubium, woher es aber gleichwohl komme, daß, wenn die Kinder einen Ausspruch erhalten, der nicht ordentlicher Weise vor dem Rath ge schehen, alsdann dieselben dem Brautschatz des anderweitigen Ehegattens nachstehen müssen? beantwortet aber dieses sogleich n. 36., und schreibe es einer durch den Ausspruch geschehenen Novation zu, als welcher die Jura, und Privilegia doris extinguitur hätte. Es ist dies auch eine communis Opinio der Lübischen Rechts-Gelehrten, und wird man nicht leicht jemanden unter ihnen finden, der anderer Meinung wäre, und dennoch erhelet aus demjenigen, so in ipso ipso deduciret worden ist, das Gegenthell, und wird ein jeder, der diese Sache nur etwas in Erwegung ziehen will, gerne geschehen, daß die angeführte Meinung des Herrn MEVII und seiner Anhänger, zwar einigermassen ex Jure Rom. könne vertheidigt werden, dahingegen aber den Grund-Sätzen, so der Lübischen Jurisprudence eignen, gänzlich zuwider sey. Der einzige, der noch zur Zeit (so viel mir wissend) dieses erkannt, den MEVIVM in dieser Sache genugsam refutiret, auch gründlich erwiesen, daß Kinder erster Ehe der Forderung ihres verstorbenen Vaters oder Mutter wegen, wenn sie überall keinen Ausspruch haben, nach Lübischen Rechte in Concursu dem zugebrachten Guth des anderweitigen Ehegatten ohnmöglich praeferiret werden können, ist der Herr Krohn, in einer ehdedes zu Basel gehaltenen Diss. de Concursu noverce cum privignis, ibi, §. 39. seqq.

¶ (\*) ¶





Ko 2020

**ULB Halle**  
004 917 480

3





Pr. 48. Num. 32

B.I.G.

8  
7  
6  
5  
4  
3  
2  
1  
Inches  
Centimetres  
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

Farbkarte #13



TRACTATIO JVRIDICA  
DE  
**CONCURSU  
NOVERCÆ  
CUM  
PRIVIGNIS.**

Wer unter beyden,  
die zwote Frau ihres eingebrachten,  
oder aber die Kinder Erster Ehe ihres  
Mütterlichen halben,  
nach den in Deutschland hieben üblichen Rechten,  
**das Vorrecht habe ?**

LUBECÆ,  
Sumtibus JONAE SCHMIDT.  
MDCCXLVII.

